

186

DE
PECORUM ET PACHYDERMORUM
RELIQUIS FOSSILIBUS, IN LITHUANIA, VOLHYNIA
ET PODOLIA REPERTIS

COMMENTATIO.

SCRIPTIS


EDUARDUS EICHWALD, Dr.

A. C. N. C. S.

Accedunt Tabulae XIV.

*Ad Academiam miss. d. 4. Novembris a. MDCCCXXXIII. cum Supplemento,
d. 28. Julii a. MDCCCXXXIV. tradito.*

Wroclaw, Bonn



§ 1.

Quemadmodum prisci aevi oceanus aliis prorsus animalibus excelluit, a hodierna forma consimilium longe recessentibus, sic quoque ipse orbis terraqueus diversis omnino speciebus, quac affines vix dum formas inter hodieum viventes inveniunt, ita erat habitatus, ut cuiuslibet inde regioni priva indeoles prodiret.

Universae autem Europae incolae antediluviani fuisse videntur gigantei *Elephantes mammontei*, quorum ossa fossilia cum in ipso oriente remotissimo ex humo extremorum Sibiriae confinium, tum in occidente Galliae, acque ac in septentrione Angliae et in meridie Italiae, nec non in reliqua Europa³⁾ eruuntur, quae vero apud nos in Lithuania minime hucusque innotuerunt, ut inde quisquam auctorum rem hancc certissimam in dubium vocare possit.

Occidentalis tamen Europa vel maxime insignitur aliorum portentorum ex parte terrestrium copia conspicua, adeo singularium, ut eorum vestigia bucusque in nostris regionibus fere nulla sint detecta: adnumeranda iisdem ossa *Crocodilorum* et *Gavialium* giganteorum, *Ichthyosaurorum* et *Ornithocephalorum* variis in locis Europae erutorum, *Tapirorum* dein ac *Dinotheriorum*, *Mastodoni-*

*) Asia deinde et America exceptis, eaedem reliquiae mammontear, licet magnitudo triplo minores, novissime quoque effossa sunt in Polynesia, insula Nova australi Wallisia. V. de his *New philosophical journal*. I. 1832. pag. 307.

dontum porro aliorumque, ut *Anoplotheriorum*, *Hoplotheriorum* ac reliquorum extinctorum generum, quae apud nos pleraque desiderantur, saltem, per paucis exceptis, a nemine, nisi forte a me ipso, hucusque exposita et descripta sunt.

§ 2.

Quorum omnium plures iam species ubi vis locorum detectae sunt, neque etiam nostris in regionibus *Elephantum* complures species distinctissimae desiderantur, minus vero in occidentali Europa remotiore, quae unam niaminon tecum hucusque tulit, reliquis scilicet rosico-lithanicis ibidem needum repertis, vel saltem non descriptis.

Cum hisce ossibus *mammonteis*, apud nos in Lithuania satis vulgatis, rariova quedam vestigia *Rhinocerotum* fossilia, *Pecorum* dein grandiorum, ut *Bovis primigenii*, *Cervorum* denique duorum, tanquam giganteorum, a *Tarando* tamen et *Elapho* plane non recedentium, cornua grandiora effodiuntur, ut itaque haec belluac omnino nostrarum regionum incolae suisse videantur. At fera animantia, quibus *Ursorum* et *Lyncum* exemplo, densae sylvae lithuanicae hodie dum reseratae sunt, prisco aevo (forsitan cum ipsis sylvis) omnia ab hisce regionibus plane aliena erant, quorum idcirco ossa fossilia apud nos nulla hucusque detecta sunt; veluti nunc quoque temporis eorum copia sensim immittitur in occidentali Europa, quam vero pristino aevo immanni numero incoluisse eadem, ex eorum copiosissimis ossibus fossilibus ubique locorum, et magnis potissimum cavernis Franconiae, Germaniae universae Galliaeque erutis, sat superque patet. Ibide igitur antediluvianus aevis grandiora tulit fera rapacissima, uti praeter *Ursos* portentosos, *Feles* maiores, *Tigrides*, *Leones*, *Hyaenas*, aliasque id genus belluas felinas, nunc temporis ibidem haud amplius reperiendas, quarum autem ossa cruta pristinac earundem vitae luculentissimum praebent testimonium.

Nostra tamen memoria regiones aliquae indies adhuc incolas e ferorum ordine mutant, propterea quod a venatoribus continuo magis magisque extirpanur, inque alias longinquis, easque ab hominibus deseritas, regiones fugantur.

Idem quoque in *Pecorum* ordine observatur. *Elaphus* enim, nostrarum sylvarum, vix aliquot retro annis, incola, plane iam in iisdem deest, ab hominibus extirpatus; novissime vero in sylva Bielovicensi abundabat, ubi venatio a rege quondam Poloniae defendebatur, *Cervique* tune temporis hene multiplicati consulto nutriebantur, foeno iisdem in hic mem per acervos disposito.

§ 3.

Iam vero e cultura hominum sensim aducta regiones podolicæ, pristino aevo desertæ, aliisque foris bestiæ habitatae, formam certe suam varie mutaverunt, brataque alia, quae pridem ibidem fera erant, aut cultura humana plane domita sunt, ut *Equus*, aut orientem versus continuo pressa, ibidemque in eodem statu fero hodie dum obveniunt, ut *Cervinum* genus.

Pari omnino ratione aevo Herodoteo *Equi* féri albi pascebantur versus fontes Hypanis amnis, et magno lacu *) Podoliae exorti, atque nostra etiam memoria per maiorem lacum prope Mendsilibosh (pol. Miendzyboz) amnis fluit, adsumto ibidem socio Boshk fluvio, ut itaque hic locorum pristino aevo féri *Equi* bene pascerentur, quod Herodotus **) ipse referit. Sic quoque eodem patre historiae referente multi populi Russiae australis culturæ ferorum *Equorum* magnam operam navaverunt, iisque plurimum slavici aut turcici *Kallhippides* (perperam ab auctoribus *Kallipides* dicti) nominati sunt;

*) Rzonczynski, histor. nat. Polon. p. 135.

**) Histor. lib. IV. cap. 52.

Kallhippides aut populi illi, *per pulchris Equis* notabiles, circa Borysthenum et Hypanim versus ostia horum fluminum degebant, ibi demque inter utrumque annem in prontorio conspicuo, *Hippolai* cornu dicto, multae *Equorum* copiae enutriebantur, ut itaque ab iis populus ille *equinus* (*hippolae*)^{*)} diceretur. Omnis quoque haec regio pascuis excellut fertilibus domitorum iamiam *Equorum*; quo vero magis versus fontes Hypanis desertae regiones inultaque erant, eo magis quoque feros *Equos*, needum cultos, cerebant; horumque color albus erat, qui etiam primitivus dicendus est: nam reliqui colores varii cultura potius effecti, quam naturales habendi sunt.

Nullibi autem nunc temporis feri *Equi* illis in Podoliae regionibus obvii sunt, versus orientem contra ultra Volgam et Uralem fluvios, in deserto tatarico Asiae mediae, nunc temporis *Dshiggetai*, iidemque illi crebro occurunt; sic quoque circa Aralensem lacum, inque orientali littore Caspii maris, ultra Embam flumen, in Ustuerensi planicie elevata.

§ 4.

De Equis fossilibus.

Molares dentes *equinos*, in Lithuania, Volhynia et Podolia frequenter effossos, a hodiernis iisdem minime discrepantes, ad *Equum illum priscum*, quin immo antediluviano tempore ibidem iamiam viventem, pertinuisse verosimile est. *Equus* itaque bestiarum est exemplum illarum, quibus eadem forma constat ab aeo remotissimo, a periodo orbis terrauei hodierna longe alieno; in Podoliae tamen agro^{**)} effossa est pars occipitalis crani *Equini*, in qua, dum vide- rim, quosdam characteres conspexi singulares, a forma crani hodie-

norum *Equorum* discrepantes, nisi forte varian aetatem sexum animalis indicare eos dixeris. Cranium enim bocce, quoque bene conservatum est, transverso diametro in regione iugali multo est latius et crassius, quam in vivo *Equo*; arcus iugalis ipse multo robustior, lator magisque exteriora versus pressus, quam in vivo specimine, ut itaque fossa iugalis multo maior, quam iu hoc adpareat; sed superior quoque pars cranii inter utraque ossa iugalia multo latior est, et convexior; cavitas proinde cranii multo spatiösior ideoque etiam cerebri moies prisco *Equo* maior fuisse videtur; musculi certe temporales multo robustiores quoque; cique maior vis in maxilla utraque (ibidem deficiente, fortasse breviore) tribuenda esse videtur: coque evenit, ut fovea articularis ossis iugalis multo sit maior, profundior et latior, beneque ita constructa, ut inferior maxilla aptius et fortius in ea moveatur; unde quoque corpus ossis sphenoidici robustius est, at brevius, quam in vivo *Equo*; pariter ac processus styliformis ossis occipitis latior quoque est et robustior, at brevior; ad excipiendum ligamentum nuchae crassissimum in osse occipitis sulcus latissimus et profundus conspicitur; quoniam proinde eodem loco in hodierno *Equo* crista angusta perpendiculariter decurrens, in illo vero prisco ibidem excavatio; condyh dein duo occipitales non ita prosiliunt in prisco, quam in hodierno *Equo*, lati tamen, versus inferiora magis ad se invicem accedunt.

Eiusmodi igitur cranii conformatio propria forsitan erat fero *Equo*, ante duo millia et quod excurrit annos in eadem illa regione aborigini; cultura vero haecce ita est commutata, ut in domestica specie alia omnino forma observetur externa, a priore illa omni modo aliena.

§ 5.

Cum fero *Equo Cervi* quoque, ut *Elaphus* aliaque fortasse id genus animantia, e Podoliae Volhyniaeque regionibus disparuerunt,

^{*)} I. c. lib. IV. cap. 53.

^{**)} Naturhist. Skizze etc. p. 238 et Zool. spec. III. p. 352.

et abhinc versus orientem, in Asiam, fugati sunt: in geographicis saltem libris *Strabonis*^{*)} locus occurrit, quo auctor de compluribus *Cervini* generis speciebus, tunc temporis versus Pontum in Rossia australi degentibus, nunc vero ibidem haud amplius reperiendis, dixerit loquitur.

In illo scilicet loco *Getas* enumerat varios, circa Tyram et Danubium degentes, ac dein ad Borysthensem descendit, sinumque Carcini-tem; ubi isthmus esset, qui *putrem lacum* (*την εαρην λιμνην*) a mari divideret, isque stadia XL latus; i.e. perecopensis ille vicinus est sinu, qui (putris lacus a *Strabone* dictus, *gniloje more* a Rossis) in occidente Macotidis situs, cum eodem lato ore iungitur; „est autem pa- „ludosus admodum, adiicit *Strabo*, ac vix subtilibus potest navigari „cymbis; venti enim coenosia ista vada facile et denudant, et rursum „aqua implent, ut paludes istae maioribus navigii non sint perviae; „habet etiam sinus tres exiguae insulas, et in littore sunt brevia quae- „dam, ac scopuli infra aquam latentes aliqui.“ Describit dein Chernesum tauream ac tandem, omni descriptione finita, adiungit haec verba:

„Peculiare hoc omnibus scythicis et sarmaticis est gentibus, quod „*Equos castrant*, ut eo habeant eos ad parendum mansuetiores: sunt „enim parvi, verum acres admodum et contumaces. Venationes ha- „bent in paludibus *Cervorum* et *Aprorum*, in campus *Onagrorum* „et *Caprearum*. Est et hoc singulare, quod *Aquila* ^{**) iis in regio- „nibus nulla exsistit. Habent autem animal quadrupes, quod ab iis „*Colos* dicitur, magnitudine inter *Cervum* et *Arietem* media, al-}

de *Pecorum* et *Pachyd rnorum* r liquiis fossilibus.

§ 3

„bum, cursu quam ille velocius, quod naribus aqua in caput haurit, „ibique per dies complures reservat, ita ut facile vivat in locis aquae „expeditibus.“

§ 6.

Tota scilicet Rossia australis gentes Sarmaticas et Scythicas tulit, illas versus orientem magis, quam has, quae potius versus Pontum euxinum ad ripas maiorum amnium nomadum vitam degebant. Quarum pleraque slavicæ *Equorum* cultura, quod iam Herodotus meminist, excolluerunt, ut inde quoque *Kallhippides* dicentur; castrata corum *Equi* parvi quidem, at acres et contumaces erant. Omnes illæ venationem exercebant tum *Cervorum* et *Aprorum* in paludosis, tum *Onagrorum* et *Caprearum* in campis. Paludosa loca erant *Straboni* sive ea, quae versus paludem macoticam eiusque praesertim *lacum putrem* extenduntur, quem isthmus dein perecopensis accedit, ab occidente a Macotide situm, ipseque magnus ille lacus e Borysthene et Hypane, dum hi ostii mutuo convenient, ortus, ut itaque australis Rossia, quae hodie dicitur, maxime versus meridiem sita, hisce besuis paeprimis abundaret; sive illæ quoque regiones rossicae a *Strabone* nuncupantur paludosac, quae magis versus septentrionem et occidentem sitæ a *Budinis* pristinis, *Venedis* scilicet aliisque id genus populis slavicis habitabantur, in planitiæ illa profundissime sita Pmsensi, qua tanta fluviorum maximorum moles convenit aeoque Herodoteo lacus existit ille maximus, quem *Lycus*, *Darus*, *Tanaus* et *Syrgis* (i.e. *Stucz*, *Horyn*, *Lan* et *Styr*) communi ostio cum alijs compluribus constituebant, ut si ulla alia regio haecce paeprimis paludosæ vocari mereretur.

Auctore nempe Herodoto^{*)} *Budinorum* regio obsita erat sylvis densissimus, inque hisce lacus existit longe maximus, arundinetis

*) lib. geograph. VII. cap.4.

**) Cur desit *Aquila*, plane non intelligitur: nam aquiles ubique adsunt, nisi forte *Gypaetus barbatus*, *Cathartes perenopterus* vel *Vultur fulvus*, licet si queque in taurea chersoneso reperiantur, subintelligendi sunt.

*) l. c. lib. IV. cap. 109.

et paludosis cinctus, in quo *Lutrae* et *Castores* capiebantur, aliaque animalia, facie quadrangulari, quorum pellibus incolac utebantur vestimentis conficiendis; absque dubio *Mustelarum* species aliqua, fortasse ipse *Martes*.

§ 7.

In hisce itaque paludibus *Cervorum* et *Aprorum* magnae greges a slavicis populis venabantur, *Strabonis* aeo; in quibus vero nubes a stratis memoriam haud amplius vitam degunt *Cervi*, et pro extintis ibidem habendi sunt, quam vero *Apri* nunc quoque temporis conspicuus turinis in sylvis paludosis occurrant.

Cervi fortasse etiam versus meridiem in sylvis paludosis ad Maeotidem, et Borysthenem, nec non Hypanim fluvium degebant, ubi scilicet novissimis quoque temporibus praegrandia eorum cerata, quasi fossilia, e ripis fluviorum eruuntur; quorum unum, omnino integrum, egomet ex itinere podolico redux, in *Musaeo zoologico Vilnensi* (v. infra § 12) depositi, idque e ripa Tyrae amnis effossum est.

Ilo deinde aeo *Strabonis* in campestribus planitiebus, in deserto utique australis Rossiae meridionali, satis herbido, inter Tyram, Borysthenem et Tanaim vitam degebant *Onagri* et *Capreæ*. Quibus *Capreis*, a *Strabone Dorcades* dictis, subintelligas *Antilopem subgutturosam* Guld., a *Persia Dshairan* dictam, quae nunc temporis versus maritima tantum Caspia, ad Cyrum praesertim annem, inque omni deserto Mogano obvenit, at pridem fortasse ultra Tanain quoque, ad Macotiden, in deserto Rossiae australis degebat, atque hodie ibidem plane extincta putanda est.

§ 8.

Onagri porro, qui feri *Asini* sunt, hodie quidem haud amplius deserta illa incolunt, sed ultra Volgam potius annem et Uralen

in deserto Kirgisico, versus lacum Aralensem, in Ustuertensi planicie elevata Caspia ac dein in Bucharia proveniunt, versus Irtisch annem, ubi caro eorum a nomadibus Tataris magni habetur et eorum praeauratur et pelle pretiosum; ibidem per desertum eccleri passu cursant, ut ipsis *Equis* multo velociores sint. Probabile itaque est, in australi quoque regione *Strabonis* quondam aeo obvia fuisse *Onagros Asinos* que feros, posthac vero domitos, quam hominum indigenorum aucta esset cultura; qua quidem factum est, ut ibidem *Onagri* plane disparerent, et in orientalibus nonnisi regionibus superstites essent, in quibus nostro etiam aeo reperientur.

Nominat denique *Strabo Antilopem Saigam*, sive *Colon*, nunc temporis per omnes istas Rossiae australis regiones frequentem ita ut inde a Borysthene, per omne desertum meridionale versus Volgam et ultra hunc annem obveniat, magnitudine inter *Cervum* et *Arietem* media; albibus autem, priore velocior est cursu, naribusque aquam, quod *Strabo* asserit, in caput haurit. Ibi per complures dics reservat, ut facilius vivat in locis aquae expertibus.

Quae quidem narratio, fabulosa absque dubio, veritatis tamen aliquam speciem prae se fert; scilicet e naso bestiae cartilagineo, ventricoso, arcuato truncatoque, dum cursu velocissimo fatigata esset, anhelituque vehementi spiritus duceret, quodammodo explicari potest; destillat enim quiescenti iam bestiae et exacto cursu anhelanti humor copiosus e naribus, in quibus cundem servare putabatur ab antiono Geographo, ut codeni in capite accumulato bene vivat in deserto aqua experte; neque id miremur, quam aliae fabulae, multo etiam difficultiore explicatu, a veteribus auctoribus narrantur.

Quae cum ita sint, atque *Pecora* plura, nunc temporis versus orientem in Asia temperata obvia, pridem circa aerae nostrae initium in australi Rossia, versus Macotidem Pontumque euxinum, vitam degerent, fieri quoque potuit, ut cerata *Cervorum* illorum ubi-

vis locorum in Podolia, Volhynia et Lituania, pristina eorum patria, effodiuntur.

Quibus quoque addas *Cervum tarandum*, cuius maxima cerata (v. infra § 15) ad ripam Bugi annis polonicis, in provincia Bialystocensi, cruentur; quocirca verosimile est, belluanum hancce ibidem pristino aeo degisse; dein vero, commutatione quadam telluris universalis iisdem in locis facta, periisse, et una cum *Elephantibus*, corundem locorum incolis antediluvianis, obrutam fuisse. *Tarandi* enim Iulii Caesaris aeo in densa Hercyniac sylva extiterunt, ubi tunc, aequo ac in Bialystocensi et Pinskensibus sylvis, propter lacus maiores, innumerasque paludes, frigus observabatur intensius; quo sensim disparente, dum sylvae spatiose densaeque exscindentur, paludescque exsiccarentur, *Tarandi* quoque magis magisque versus septentrionem fugati sunt, ubi scilicet magnis etiamnunc turmis degentes, sub nive aeterna parcum sibi pabulum quaesitant.

§ 9.

De Bobus fossilibus.

Aliud denum exemplum bestiae sylvaticae, in quibusdam regionibus plane extinctae, extat nobis in *Bove uro*, pridem in Hercynia sylva aliquisque passim Germaniae regionibus indigeno, nunc temporis vero ibidem extirpato, versusque orientem abacto. Quo quidem factum est, ut in Bialowicensi sylva lithuana, caque sola fere totius Europae, nec non in Caucasi sylvaticis saltibus degat: pristino autem aeo in ipsa Chersoneso taurica obviam fuisse videtur; quod e Byzantino auctore, *Niceta Choniate*, colligimus, qui ita narrat: „anno MCLXXXII imperatorem *Andronicum Comnenum* per multum temporis ibidem vacuisse venationi et perforando *Zumpro*, bestiae scrae, in Taurocythia praesertim indigenae moleque sua *Urus* et *Leopardum* excedenti.“

Hodierni quoque Poloni et Rossi *Urum* eundem *Zubr* nominant; unde addubitari nequit, slavicos populos Taurocythiae, Chersonesi tauricas hodiernae, aut Rossiae australioris, eodem nomine bestiam istam consignivisse; quod eo probabilius est, quum candem *Choniates* dicat maiorem *Urso* et *Leopardo*, quibus certe *Urus* iubatus ac villosus, dum furibundus est, vel maxime accedit, corporis mole conspicua ac robore. Nunc quidem temporis in Chersoneso plane extirpatus est *Urus*, neque ulla de eodem, pridem ibi degente, vestigia supersunt.

Pari quoque ratione ducentos fere ante hos annos in Caticaso nota iam erat patria eiusdem *Uri*, qui adhucdum ibi degit in boreali ac occidentali declivitate Elbruz montis: itaque pater *Lamberti*) illo iam tempore narrat, obvios esse ad fines Abhasiae et Mingreliae (antiquae Colchidis) feros *buffalos*, quorum nomine certe nulla alia bestia nisi *Urus* intelligendus est: quum buffali genuini ibidem non obveniant.

Uri quoque ossa per Germaniam Galliamque passim fossilia eruuntur, nisi fortasse ad priscum *Urum*, neque tamen antediluvium, pertineant; in nostris enia regionibus polono-rossicis eadem nullibi effodiuntur.

§ 10.

Res vero aliter se habet relata ad *Bovem primigenium* Boj. *s. latifrontem* Fisch. *s. Pallasi* Baer, cuius plura fragmenta fossilia, longa imprimis et lata cornua, in variis Lithuaniae locis effodiuntur.

Iu fragmento fossili cranii *bovini*, ab ill. Bojano quondam do-

*) Relation de la Colchide. Paris 1772. p. 50.

lineato et descripto (*v. Cat. Mus. Viln.* No. 58^{*)}) distantia inter basin processuum illorum 7 poll. 8 lin. accedit; in inferiore parte ante cornigerorum processuum basin 11 poll., ut itaque cranium antice, sub vertice ipso, latissimum sit omninoque planum, media fronte vix dum nonnihil convexa, ad latera molliter devena, unde leniores ibidem recessus vix conspicuntur. Quae scilicet re genuina imprimis differentia inter *Bovem taurum* et *primigenium* nititur. Circumferentia praeterea processus cornigeri circa basin ad 10 $\frac{1}{2}$ pollices accedit, ut itaque crassissimus sit; in distantia vero unius pedis a basi 6 poll. ille, et quod excurrit, in ambitu tenet; tota vero superficies huius processus et universi crani multis sulcis exasperata et inaequalis est, uti solet quoque in craniis id genus *Bovis* rossicis; quae scilicet circa basin processus cornigeri saepe ad 13 et ultra pollices in ambitu tenent; quorun etiam unus, e Russia missum, in nostro Musaeo (*Cat. No. 59*) servatur, cuius processus apice nonnihil fractus, ad 2 pedes longus est, ac sursum curvatus in ipso apice lenius adscendit.

§ 11.

Aliud deinde fragmentum (*Cat. No. 60*) dextri cornigeri processus, cum cranii frusto, in Lithuania itidem effossum, nil propri offert, nisi quod processus corniger crassissimus bestiam proiectae actatis indicat, illius modo descripti instar.

Quartum denique fragmentum (nostr. *Tab. LI. Fig. 3*, *Cat. No. 61*), in Lithuania quoque eratum, melius conservatum est, quam supra descripta; distantia in summo verticis cacunine inter basin utriusque processus cornigeri est 7 poll. 4 lin.; versus insciora vero nonnullis pollicibus, ut solet quoque in aliis, augetur; plana frons ibidem fra-

^{*)} De Uro nostrate ciusque sceleto in *Nov. act. phys. med. Acad. Leop. Carol. XIII. Pars II. 1827. Tab. XXI. Fig. 7.*

cta est, ideoque vix potest rite definiri; ambitus vero baseos ipsius processus cornigeri 11 poll., eiusque longitudo 1 ped. 10 poll. tenet, haud computato apice parumper fracto cornu sinistri. Iste ceteroquin processus cornigeri latis numerosisque sulcis longitudinalibus exarati asperi adparent ad basin eo loco, quo cornua ipsa eidem fibebantur. His itaque sulcis, multo profundioribus ac latissimis, *Bos* iste lithuanus a rossico illo, longioribus parumper processibus cornigeris instructo, recedit; ideoque nisi varietatem fuisse utrumque putas, sexus tamen diversus facil esse potuit, cui varia etiam cornua propria erant: scilicet lithuanio illi parumper breviora, at itidem incurva, rossico longiora aliquantum, apicomque versus graciliora, neque tam profundis sulcis longitudinalibus exarati processus cornigeri. Ceterum in rossico tegmen cornuum nigrum deciduumque processus illos ubique contegit, quod illis lithuanicae speciei deest, casu quodam detritum fortasse et deperditum.

§ 12.

De Cervis fossilibus.

Iam ad describenda *Cervi elaphi* (*Cat. No. 65*) cerata, prope Tyrnam effossa et supra a nobis commemorata transinus, quae longissima, cranii fragmanto incumbunt occipitali et frontalii, quod inde a supremo margine foraminis occipitalis ad summam cristam occipitis transversam 2 poll. 3 lin. altum est; a media vero crista ad verticem summum, quo frons declivis incipit, 4 $\frac{1}{2}$ poll. metitur; distantia porro inter basin ceratum, ubi ipsum stephanium progerminat, ad 5 poll. 4 lin. accedit; frons denique ad 4 poll. 8 lin. lata est. Longitudo sinistri ceratis, melius omnino conservati, inde a cingulo illo granulato prominuloque (id enim stephanium dicunt) ad extrellum tertii rami inferioris apicem, 3 $\frac{1}{2}$ ped. tenet. Ambitus ceratis ad basin propugnaculi (rami imi) versus stephanium 7 poll. 8 lin., supra tertium

vero rānum ad 6 poll. tenet in circumferentia; longitudo imi illius rāmi inde a basi ad apicem usque 1 ped. 3½ poll., tertius idem pollice uno et quod excurrit brevior est; secundus vero longitudinem 1 ped. ¼ pollicis non excedit, ita ut brevissimus sit omnium reliquorum in hoc cēreate sinistri lateris; at dextri ceratis tertius ramus multo brevior est secundo, qua igitur varia dimensione inter se dissimiles sunt in utroque cerate. Extremi duo utriusque rami (tertius enim omnino est fractus) ad decem poll. accedunt, unde omnium brevissimi sunt. Priora tres inferiores rami sursum curvantur, extremi illi leniter deorsum descendunt.

Cranii denique fragmentum ipsaque cerata sulcata ubique et tuberculata tam bene conservata sunt, ut, licet diu condita humo, vix tamen fossilia diceres. *Cervus* fortasse inter septimum et octavum annum agebat.

§ 13.

Aliud dein *Cervi elaphi* dextrum ceras fossile (Tab. LI. Fig. 1, v. Cat. No. 64), in Lithuaniae incerto quodam loco erutum, servatur quoque in nostro Musaeo.

Cervus eiusmodi fortasse nonum agebat annum, ut itaque antecedente proiectore acetate suisse verosimile sit; quo etiam factum est, ut extrema eius pars palmarum quadridigitata formaverit amplam, in nostro tamen specimine fractam.

Differentias huius ceratis a vulgaribus aliis adnotavi, quae sequuntur (v. Fig. 1. Tab. LI.):

Longitudo, inde a stephanio granuloso ad initium palmae, 2 ped. 7½ poll. habet, non computato tamen extremo supremoque ramo, ad 2 ped. 1 poll. et quod excurrit longo; alii praeter huncce tres sunt rami; inferior vero internus ac duo externi ad basin usque fracti sunt, ita ut, praeter palmarum ibidem superne excavatam, ad 2½ poll. latam

et ad ½ fere pedem longam, nulli distincti rami, nisi basilares partes diffractae cognoscantur.

Rami inferiores tres mutilati quoque sunt, neque rite definiri potest singulorum longitudo; primus ac tertius multo certo longiores fuere secundo intermedio, tamque brevi, ut vix duos pollices excessisse videatur, itidemque tenuissimus, quum ambitus eius 2½ poll. minime superarit, atque nullibi fere inter viventes *Cervos* ramus secundus adeo obvenit brevis. Iam vero primus ramus imus (propugnaculum dicitur) ambitus 4½ pollicum offerit, atque tertius linei nonnullis eodem crassior est. Omnes hi tres rami parum certe adsurgant, quum exteriora versus tenderent; reliquorum vero extremonum, in palma incumbentium, directio haud conspicua est, propter ipsorum defecatum, praeter supremum quartum, sursum recte adscendentem et parumper exteriora versus incurvatum. Medio loco, quo tertius ramus proficiuntur, ceras in arcum nonnihil inflectitur, quum in nostro *Cervo* angulo multo obtusiore multoque minus conspicuo notatum sit.

Ambitus bascos ceratis, quo imus ramus fibegatur, ad 8 poll. accedit; supra tertium vero ramum 6 poll. 3 lin., ubi quoque minor est ciudem circumferentia; multo vero maior deprehenditur sub ampla palma, qua tamen parte nimis fractus est caulis et mutilatus, ut eiusdem ambitus ibi recte definiri possit.

Totum ceras album, solidum tamen est minimeque fragile, sed ponderosissimum; superficies ubique longitudinalibus sulcis ac tuberculis horret, ita ut simillimum sit eidem cornu *Cervi* recentis; in universum autem crassius est illo, superiori loco delineato.

§ 14.

Tertium denique ceras idque lateris sinistri (Cat. No. 63) in Lithuaniae districtu Rossienensi effossum, nimis est mutilatum, ut bene distingui posset; prioris vero adinstar album, et aeque solidum est;

tum vero e tribus inferioribus ramis secundus et tertius quoad dimidium servati fore sunt, primo plane deficiente; extrema quoque ipsius ceratis pars distracta est, et longitudi totius ceratis minime perspicci potest; sic vero bipedale adpareat, fracta extrema parte haud computata. Ceterum inde a stephanio ad basin tertii rami eadem fere distantia intercedit ac in altero fossili cerate lithuanico, supra descripto; unde eiusdem quoque aetatis utrumque animal fuisse verosimile est.

§ 15.

Iam sequitur ceras *Cervi tarandi* (v. Fig. 2. Tab. LI. Cat. No. 6^o) idque sinistrum, quod e veteri alveo amnis *Bugi*, in Bialystocensi provincia crutum, ut supra dictum est, tenemus.*

Longitudo eius ultra 4¹/₂, ambitus vero ad basin, circa ipsum imi rami initium, fere $\frac{1}{2}$ pedem accedit; idem medio loco 8 lineis angustius. Ceterum extus lacvissimum est, et vix aliquantum sulcatum, si planiores sulcos et superficiales, hic illuc obvios, exceperis; ad basin vero caulis ipse teres est, dein angulato-teres versus medium, dum autem in planam palmanum, 1 ped. 10 lin. longan, excurrit, complauatus lit sensimque ampliatur, donec in illam insensibili modo desinat, ad insertionem scilicet inferioris rami palmaris.

Rami caulinii inferiores duo numerantur, quorum unus insimus (propugnaculum ipsum) ab ipso stephanio nodoso supra frontem animalis anteriora versus ac deorsum proficisciatur, in initio suo teres, deinde vero versus apicem complanatus, et insigniter dilatatus, in nostro tamen specimine fractus; nihil tamen minus ultra pedem unum et pollicem unum longus, in extrema parte antica dilatataque nodulus 5 notatur, ramulorum ibidem nascendorum loco; alter deinde ramus,

a priori illo 3¹/₂ poll. distans, subteres est, apiceque fractus, ut 8 fere poll. longus videatur.

Iam vero inde a secundo ramo caulis adscendit, ac molliter postrorus et extrosum flectitur, donec ad originem palmae accedat, ubi tandem planior sit ac latior; quo dein loco palma modo exorta et paulatim latior facta, variis intervallis et margine postico 5 processus satis longos ac latos, et suprema vero parte brevissimos demittit, quo sit, ut palma ipsa ibidem octodigitata adpareat, inferioribus tribus digitiformibus hisce processibus elongatis compresso-teretibus, atque reliquis, et latissima parte suprema palmarum ipsius proficiscentibus, brevissimis. Palma supra tertium processum illum 3¹/₂ pollices tenet; suprema vero latitudine sua, quarto processu digitiformi simul adsumpto, ad 7 poll. accedit.

Primus deinde illorum processuum digitiformium 4 pollices circiter longus, subteres est, ac in ambitu suo 2 poll. 4 lin. tenet; alteri duo, crassiorcs quidem, ita vero fracti sunt, ut neque longitudo, neque ambitus liqueant; tertius denique, maxime complanatus, prope basin suam 3¹/₂ poll. latitudine adaequat.

Quartus et quintus ramus digitiformis, invicem approximati ac brevissimi, eidem illi expansioni palmarum incumbunt; reliqui vero tres supremi illis multo breviores, sed pariter approximati, ita exstructi sunt, ut posterior sit latior medio, is vero parum latior sed brevior tertio antico. Tota palma utrinque fere plana est, inferne tamen potius convexa, superne parum concava, si supra tertium ramum posticum contemplatur; nam infra huncque utrinque compresso-teres potius, quam complanata dicenda est.

Totum ceras longitudinali fissura fractum; ceterum vero solidum, atque terrenis substantiis tam modice imbutum, ut vix fossile adpareat, nisi bene notum esset, id una cum ossibus *Mammonteis* ex humo lithuanico fuisse effossum. Figura huius (Fig. 2. Tab. LI.) aequa ac cer-

* Hujus ceratis iconem ill. Cuvier (ossem. foss. V. part. 2. p. 509) tenuit a nostro quondam Bojano.

vini ceratis (Fig. 1. Tab. LI.) craniique *bovini* fossilis (Fig. 3.) $\frac{1}{2}$ magn. nat. delineata est.

§ 16.

De Elephantibus fossilibus.

Nostra memoria nulla fere fossilia *Elephantum* ossa e Lithuania, Volhyniaque descripta sunt, ut ideo eadem apud nos decesse videri possint; omnino tamen contrarium hisce observationibus evincere conabimur. *) E quibus scilicet patchit, Lithuaniam rosseam, cui quoque Samogitensis regio et Grodnensis, Minscensis dein ac vicina Pinscensis adnumerari potest, fragmentis copiosis horum ossium minime carere, ita ut per omnes hasce plagas, numerosis fluviiis ac lacubus irrigatas, satisque profunde sitas, copiosa ossa mammontea effodiantur, pristinamque et penitus diversam illarum regionum Faunam patefiant. Eoque magis extraneae videntur Curoniae longae lataeque plaga, mari balthico conterminae, nullibz fossilibus ossibus portentorum terrestrium conspicua, ut itaque regionem hanc aeo illo, quo lithuanica hisce bellus mammontes excelluit, balthico mari contectam ac plane inundatam fuisse verosimile sit. Quum vero haecce fundis marinis sese subducere coepit, iam disparuit acvus *Elephantum*, aliaque Fauna nostrarer plagas ornavit. Prussia quoque orientalis simili modo fossilia haec portenta via quondam habuit: nam e novissimis huius regionis descriptionibus colligimus, eadem ibi quoque parce reporta fuisse.

In nostris plagiis lithuanicis ossa mammontea pleraque e fluviiis piscata reperiuntur; quod fieri quoque solet in ulteriori Rossia et Siberia: caue ad varias species *Elephantum* pertinent, variisque partibus ossicis, maxillarum fragmentis, dentibus molaribus primoribusve,

*) V. quoque Zoolog. nostr. special. tom. III. p. 357.

femoribus dein, humeris, phalangibus digitorum, ossibus metatarsi et metacarpi aliis continentur; quorum vero omnium haud exiguum copiam conservat Musaeum zoologicum Vilnense, quaeque in sequentibus enumerare mihi licet.

§ 17.

Hisce itaque imprimis adnumeranda est *maxilla superior* et *inferior* *Elephantis proboleti* Fisch. (Cat. Mus. No. 72), vide Tab. LIII. Fig. 1 et 2. Utraque pars maxillaris prope Zawadyne in haysinsensi districtu Podoliae effossa est; aqua scilicet vernali tempore exsuperans eandem c limosa et argillacea ripa cuiusdam rivuli prodidit. Maxilla haec utraque eo maioris momenti est, quo rarior esse solet, eademque bene servata dici potest; iam eius mentionem alio loco *) inieicimus.

Fragmentum itaque hoc *maxillae superioris* (v. Tab. LIII. Fig. 2) extus plane fractae, ibidemque minoribus maioribusve cellis notatae, e parte supramaxillari palatina, duobus dentibus instructa, componitur, ita ut posteriora versus ossa palati aliquantum fracta, ad anteriora dein particula quaedam choanarum, supraque cas vomeris aliquod rudimentum superstes sit, superior vero pars usquequaque magnis cellis innumerisque caveis occupetur.

Latiitudo utriusque maxillaris fragmenti supra dentes molares in extremo postico adaequat 9 poll. **)

Longitudo partis maxillaris sinistrae ab anteriore ad posterius extrellum 10 poll.

Distantia dextri dentis molaris, prope extremam partem anteriores usque ad suturam palatinam 1 poll. $3\frac{1}{2}$ lin.

*) Zeolog. spec. III. p. 359—60.

**) Intelligas ubique mensuram parisinam.

Eadem distantia sinistri dentis 1 poll. 8 lin.

Quo sit, ut ille magis procedat versus anteriora, hic vero propius accedat ad suturam palati, aliquantum minus exteriora legens, atque profundius versus anteriora descendat: inde quoque in hac parte irregularis totius maxillae superioris forma enascitur.

Distantia extremae partis posticae dentis molaris a sutura palati triplicaris est; proinde ibidem postice ambo dentes 6 pollices ab invicem distant; unde dexter aliquantum magis exteriora legit et posteriora, quam sinister, qui haud ita posterorum descendit, ideoque etiam nonnihil brevior ibidem adparet: uterque tamen, oblique versus exteriora et posteriora positus, 6ⁱⁱ 8ⁱⁱ longus est; dexter enim magis ad posteriora, sinister anteriora versus descendit. Facies utriusque dentis externa convexa, interna concavo-plana, vel medio excavata est. *)

In corona utriusque dentis observantur 12 laminae vitreae; utriusque deinde pars anterior multo angustior est, adeoque detrita, ut rite cognosci haud amplius possit, et nonnisi e radice dentis superstite concludi, ibidem adfuisse eiusmodi laminam vitream; ceterum antica quoque dentis molaris facies vel maxime detrita est, ac laevissima, quam contra postica, totius coronae instar, integerrima sit.

Prior lamina vitrea extremitatis omnium reliquarum latissima est, in dextro itaque 3ⁱⁱ lata, in sinistro vero per paucis lineis angustior.

Posterior dentis pars minime detrita extremitas laminas angustissimas offert et tanquam absconditas: unde in parte dentis extrema postica angustissimae tantum striae ovales apparent. Omnes vero vitreae

*) Talis quoque dispositio utriusque faciei in dentibus *Elephantum* aliorum molaribus fossilibus esse solet, ut itaque me fugiat, quo iura contraria perhibent ill. Cuvier (I.c. I. p. 44), nisi forsitan in vivente specie facies dentis molaris superioris interna revera sit convexa, externa vero concava.

laminae nonnihil posterorum conversae; intermediae sub angulo fere acuto 45° sitae, anteriores multo minus inflexae sunt.

Laminae illae vitreas supra coronam dentis (quae quidem genuinam notam sistent) plus minusve prominulae sunt, idque magis in sinistro, quam in dextro; quum vero eadem continuo per paria sint aggregatae, ut quasi ex antico et postico pariete composite videantur, in omnibus igitur posterior lamellarum singularium paries materie dentis osseae *) plane immissus cernitur, quum contra anterior ille vel maxime promineat.

Quarta id genus lamina posticae dentis sinistri partis supra dentis coronam omnium maxime prominet; accedit enim 4 lin. longitudinem; ceterae, eidem anteposita, multo minus prominulae sunt, quo magis ad anteriores accedunt; in dextro dente prominentia haecc anterioris parietis laminae duas tres lineas adaequat.

Distantia antici et postici parietis cuiuslibet laminae vitreae 2 lin. circiter tenet, plus aliquantum in his, in illis vero minus; paries dein anticus laminae transversim plus minusve plicatus, vel potius undatum sulcatus est: media distantia hiatus singularium laminarum multo latior est, quam lateralis, ita ut parietes ibidem saepenumero in angulum convergant et rhomboidealis figura exinde passim emergent.

Quum dein ambo dentes versus anteriora ad se invicem approximentur, posteriora versus autem a se invicem recedant, palatum proinde multo latius est posteriora versus, quam antice, quod quidem e mensura, altiori loco iam allata, patet.

In sinistra parte palatina quatuor foramina arteriosa, in una serie disposita, animadvertuntur, quorum duo posteriora, praesertim antepenultimum, maxima sunt; duo vero dextrae partis palatinae, praeципue posticum, maiora sunt sinistris.

*) Ossea enim omnino est; dicitur vero ab auctoribus potius corticalis substantia.

Utrumque os palatinum ex parte non nisi cum maxilla superiori connexum est; idque magis in sinistra, quam dextra; a maiore vero foramine sutura conspicua antrosum descendit ad medium palatum, multo profundiore dorsum fertur, quam sinistra sutura palatina, quae iam prius cessat multoque intimius coniuncta est cum parte supra-maxillari, ita ut ultra foramen maius nullum illius vestigium adpareat, quod vero bene conspicitur in dextra sutura.

Laminae illae vitreæ, oblique postrorsum sitae, coronam dentis constituant, quae et ipse versus internum suum marginem oblique descendit, ut ideo margo iste 1^{II} 9^{III}, externus vero vix 1^{II} 5^{III} altus sit; quo fit, ut ille multo profundius descendat, quam hic, eodem isto multo brevior. In ceteris tota utriusque dentis corona haud detrita, sed bene servata est, antica tamen parte excepta, in qua ipsae radices plane denudatae sunt.

Sutura palatina, utramque partem supramaxillarem dirimens, minime ibidem ossificata late hiat.

Tota denique pars haec supramaxillaris iu cellulis fere omnibus foraminibusque magnam argillam copiam continet, quae sane indicat, eandem pridem in loco argillaceo obrutam fuisse.

§ 18.

Inferior dein *maxilla* (v. Tab. LIII. Fig. 1) eiusdem *Elephantis* crassitudine sua præceteris conspicua est, qua reliquias quoque, in nostro *Musaeo* servatas, longe superat; unde iam eandem ad belluam proiectoris aetatis pertinuisse patet; quod dein quoque e lata excisione supra symphysis utriusque partis maxillaris intelligitur. Crassitudo enim maxillæ inferioris, si eandem supra medium dentem molarem metiaris, ad 5 poll. accedit; distat deinde externum latus alveoli dentis ab interno 3 pollices; qui tamen alveolus non penitus a dente repletur, media sua parte plurimum coarctato. Maxima altitudo inferioris ma-

xillæ 5^{II} 2^{III} accedit, ut itaque aequalis sit crassitudini, ipsaque maxilla rotundata quodammodo adpareat, altitudine saltem latitudinem non superet, quod quidem in aliis observari solet.

Proiecta vel ipsius grandævacæ aetatis bestiam hancce fuisse, e deficiente omnino dente molari antico colligi posse videtur; quid? quod ipse alveolus dentis huiusc penitus disparuit; ceterum dens, qui adest, posticus maxime detritus est mediaque parte quasi excavatus. In universum autem massa dentis solidissima, ne miuimum quidem friabilis est, iisque particulis argillaceis referta, quibus superior quoque maxilla scatet. Utraque pars maxillaris ab invicem in media sua parte distat 8½"; dexter dein margo excisurae symphyscos inframaxillaris a sinistro 3" recedit; exinde vero excisura haec versus interiora dilatatur dimidio pollicis et rotundam format aperturam, quae maior esse videtur, quam media distantia utriusque partis maxillaris.

Posterior distantia utriusque partis maxillaris ad 6" 3^{III} accedit; ubi crassities sinistræ maxillæ in superficie 5½", et quod excurrit, continet. Tum processus coronoideus inframaxillaris fractus est, neque omnino adparet; longus tamen fuisse non videtur, quod e forma peculiaris maxillæ colligitur; nisi fortasse huius rei causa fuerit grandævitæ belluae; singularis quoque margo, penitus scilicet obtusus, maxillam utrinque terminat, quem tamen in aliis speciebus acutus potius esse solet.

In antica maxillæ parte utrinque tria conspicuntur foramina, nervis vasisque excipiendis destinata, quorum superius et posteriorius maius est reliquis duobus minoribus, sub illo positis.

Dentes vero in sola parte posteriore distinctas laminas vitreas offerunt; dexter scilicet 5½, sinister 4½: omnes reliquæ, ante illas sitæ, ad ultima usque vestigia detritæ, ideoque dentes ibidem laevissimi sunt.

Structura laminarum illarum undatim decurrentium eo membra-
bilio est, et prae aliis dentibus eo magis conspicua, quod medio loco
divisae sunt, ideoque non integras, sed dimidiatas quasi laminas con-
stituant, quae ubique sere ab invicem distant, raro autem, ut in dextro
dente, media sua parte connivent, licet vel hic dirematae: cuius rei
causa est, quod dens ad radicem usque detritus omnem coronam usu
deperdidit. Quo etiam fit, ut aperte conspiciantur, qua ratione lami-
nae vitreæ, iamiam enatae, in osseam massam dentis utrinque im-
misae sint et undulatum quasi parietem constituent, qui duabus lami-
nae vitreis componitur; fieri quoque potest, ut eiusmodi laminae sin-
gulae vel dimidiatae primitus existant, neque igitur cum opposita iun-
gantur: hinc quoque origo imparis laminae, in nostra icone delineatae,
deducenda est.

Sinister dcns, licet fortior impactus sit in maxilla inferiore, in
externa parte extrema antica, eaque omnino detrita, tres, in interna
eadem quatuor continent radices, e quibus certe totidem laminae vitreæ
exortae erant, quae vero nunc adeo detritae sunt, ut haud amplius
cognoscantur. In sinistro dente radices istiae minus conspicuae sunt,
ctiam si totidem earum ibidem exstisso verosimile sit; forma tamen
huius dentis alia omnino est, quam illa dextri.

Notanda quoque est varia longitudine et latitudo utriusque dentis;
dexter enim longus est $6'' 3'''$. sinister vero $5'' 4'''$; latitudo multo
magis variat: angustissimus est sinister versus anticam partem maxi-
me coarctatam, vix ibidem $1'' 1'''$ latus; ubi vero latissimus est, ad
 $2'' 5'''$ accedit.

Dun uteque dens versus posteriora aequabiliter excurrit, dexter
multo magis versus anteriora fertur, quam sinister, qui inde quoque
brevior videtur.

Ambo autem dentes alios, pridem iisdem antepositos, ita pressisse
videntur, ut hi non solum exciderint, sed etiam alveoli eorum, in

quibus fixi haerebant, plane disparuerint, ad minima usque vestigia
doleti; saltem in utraque maxilla dens molaris ad extremam usque par-
tem anticam extenditur. Alveolus sinistri dentis multo amplior con-
spicitur, propterea quod dens iste minor, brevior et angustior est, ne-
que ex toto alveolum replet.

§ 19.

Reliqua dein eiusdem *Elephantis* fragmenta, in eodem loco cum
illis effossa, haec sunt: scilicet frustum dextri *ossis intermaxillaris*
(v. *Cat. Mus.* No. 77) superioris et laterale, ita dispositum, ut ibidem in
externo latere conspicatur pars illius caveae, cui primoris dens infixus
fuerat, a superiori vero parte recessus profundus appareat, qui pro-
boscidem exceperat; sed versus inferiora nil nisi cellulae innumerae
sinusve obvian veniunt, per os hoc intermaxillare ubique accumulati.
Tota eius longitudine ad 7 poll., latitudo vero dimidiata fere longitudinis
partem tenet, ut itaque exiguum tantum dicendum sit fragmentum
hoc, cuius ceterum sutura inferior bene conspicitur. Tum quoque
frustum *iugalis ossis* (v. *Cat. Mus.* No. 79) repertum est, sed adeo
fractum, ut seorsum vix describi possit.

Tres praeterea *vertebrae dorsales*, quarum prior fragmento *co-
stae* superstitie instructa est (v. *Cat. Mus.* No. 73, 74, 75, 76), ad idem
sceleton *Elephantis proboscis* pertinent, quum ex eodem loco Po-
poliae effossae sint.

Vertebra dorsi cum fragmento *costae prima* (v. *Cat. Mus.*
No. 75) esse videtur; crassities eius prope inferiorem marginem circi-
ter ad $2'' 4'''$ accedit; superficies articularis antica aliquantum con-
vexa, postica nonnihil concava est; maxima eius latitudo $10''$ tenet, si
ab uno processu transverso ad alterum computatur; at superficie huius
articularis altitudo, latitudini eius penitus respondens, ad $4'' 5'''$ acce-

dit. Canalis medullae spinalis triangularis, circiter 3" latus et 2" 6" altus est. Crassities arcus utrinque ad basin 1" 4" adaequat, latitudo vero nonnullis lineis eandem superat. Processus spinosus superne fractus est, quapropter eius longitudine minime potest definiri, utroque tamen arcu suo parumper posteriora versus tendit. Fovea vertebrae, qua capitulum maius costae (certe prioris) excipitur, ad 1" 6" lata, in utroque corpore vertebrali duplex conspicitur; anterior scilicet et posterior; una tamen ab altera vix nonnullis lineis distat.

Processus articulares superiores, circa originem spinosorum processuum inserti, multo magis eminent, quam in aliis bestiis, v.c. *Pecoribus*, et ideo quidem, quod vertebrae elephantinae ibidem angustissimae sunt; anteriores vero iidem processus, parum profundius siti, quam posteriores, similiter oblique descendant; illi 4" ab invicem distant in externo margine et proinde enormem canalis vertebralis magnitudinem efficiunt, hi vero posteriores 4 lineis minus a se invicem remoti sunt, quo quidem in secunda vertebra ille canalis parumper angustior iam appetat.

Fragmentum costae ad hanc, ut videtur, vertebram pertinens, circiter 10" longum, in maxima vero latitudine 2" 2" latus est, mediaque parte sua unum fere poll. crassum; maxima distantia utriusque capituli costalis in externo margine 3" 9" habet, quem contra in medio 7 lin. fere ab invicem distent, ut itaque maxima crassities singuli capituli vertebrales 2" 8" excedat.

Cum illa vertebra insimul reportae quoque sunt duae aliae *dorsales* (Tab. LIV. Fig. 1—4), quae postremae videntur; quae quidem eo maxime sunt insignes, quod canalis medullae spinalis multo minus latus ideoque multo minor est, quam in priore dorsali, superiore loco descripta; processus spinosi earum maxime oblique sunt siti, unde in acuto prorsus angulo a corporibus suis secedunt; quamvis vero fracti

sint, tamen anteriori vertebrae minores et breviores processus, quam posteriori, fuisse videntur.

Crassitudo vertebrae parumper maior est, quam in illa priori; nam ad 2" 3" accedit, at diameter superficie articularis ad 4" exten-ditur; ultraque tamen superficies haud magis concava et convexa est, quam in illa priori. Foveae vertebrae costales alte ad basin arcus utrinque impressae sunt et corpus vertebrale superne tenent, quod praesertim vertebrae hasce ad dorsales posteriores pertinere affatim probat: anterior autem illa fovea a posteriori $\frac{1}{2}$ fere poll. distat, superiores contra processus articulares, quibus arcus excipiuntur, in superiori margine arecum incumbunt, eo scilicet loco, quo processus spinosi ab iidem proficiuntur; in superiori deinde et anteriori parte basis processuum spinosorum deprehenduntur foveae duae articulares (superiores) minores, posticis vertebrae antecedentis processibus (inferioribus) excipiendis destinatae; et pariter quoque ad posticam partem inferiorem processuum spinosorum duae eiusmodi foveae articulares conspicuntur, quibus processus vertebrae insequentis anteriores superiores recipiuntur. Altitudo canalis medullaris unius vertebrae (ib. Fig. 3—4) 1 $\frac{1}{2}$ poll., latitudo 2" 4" in latere antico; alterius (ibid. Fig. 1, 2) vero altitudo 1" 9", latitudo duos tantum poll. accedit; quo-circa canalis huius alterius vertebrae obtuso-triangularis, prioris vero illius ovalis adparet ideoque maior est; quo simul efficitur, illam vertebrae dorsalem e postremis, hanc vero e posterioribus iidem, post illam sitis, habendam esse. Uterque processus ab invicem distat in priore illa vertebra 9" 3", in bac altera vero 10", quo quidem haec etiam multo latior adparet.

Interior substantia omnium trium vertebraarum eadem omnino est, cellularis, ideoque levissima, quem omnes animales partes intus sint destructae et abolitae: quarum loco in foraminibus istis particulae argillaceae deprehenduntur.

§ 20.

Alia denique *vertebra colli* servatur in *Musaeo zoologico*, non quidem in eodem loco, neque eiusdem individui, atamen in Podolia reperta. Canalis vertebralis spatioissimus vertebram collarem indicat: medullae enim spinalis volumen ibidem conspicuum erat. Altitudo eius corporis $3\frac{1}{2}$ poll., latitudo 4 pollices accedit; crassitudo $2\frac{1}{4}$ pollices. Superficies articularis aliquanto magis excavata, quam anterior convexa est: quae nimurum omnino plana, vix quidquam convexa, quin immo media parte sua concava adparet; margines laterales parum profundi, superior praesertim plane rectus est, cui medulla spinalis incumbit; ambitus exinde non plane teres, sed superne depresso videtur; latitudo canalis vertebralis $2'' 9''$, altitudo $1'' 8''$ accedit, partibus lateralibus multo magis depresso, et vix unum pollicem accentebus.

Superiores processus articulares ipsi arcui vertebrali inseruntur ad basin processus spinosi; anteriores, eminentiae cuidam satis conspicuae incumbentes, ad se invicem conversi, posteriores, sub basali parte processus spinosi, a se invicem dehiscentes; supra hos processus posteriores, e medio processu spinoso, crista emergit, tertii instar processus, quem reliqui alii sub illo et eidem ad latus adpositi sunt. Crassis arcus circiter $\frac{1}{2}$ poll. adaequat, latitudo $1\frac{1}{2}$ poll. Substantia huius vertebrae collaris intus cellularis est, neque tamen particulis argillaceis impleta; ut vero quibuslibet terrenis, sic quoque substantiis animalibus omnino privata est.

§ 21.

Complura quoque ossa extremarum partium eiusdem *Elephantis proboscidei* in eodem Podolia loco, districtus Haysiensis, cum illis superiore loco descriptis reperta sunt (v. *Cat. Mus.* No. 78, 80,

de Pecorum et Pachydermorum reliquis fossilibus.

705

81, 82). Huc vero spectant sequentia ossa: 1) *Os humeri dextrum*, 2) $7''$ longum, in supremo condylo circiter $8''$ latum; ubi vero ad partem inferiorem angustissimum est, $5''$ latitudine sua tenet; maxima latitudo superioris capituli, cui scapula incumbere solet, $9''$ adaequat; inferiores vero condyli articulares longitudinem suam non patescunt, propterea quod externus fractus plane deest. In supremo illo capite unum tantummodo tuberculum conspicitur, musculus inserendis aptum, neque igitur duo, quae *Tilesius* *) delineavit; inferior autem duo comprehendunt condyli, excipiendo olecrano destinati; in medio humero, ad externum et posticum latus, crista occurrit robusta, ad inum ossis descendens, quae itaque in externum condylum articularem excurrit muscularisque ligandis inservit.

2) *Os metacarpi digiti quarti* pedis antici dextri (Tab. LV. Fig. 1, 2, 3) (v. *Cat. Mus.* No. 81). Longitudo eius circiter 8 poll., latitudo in medio osse $2\frac{1}{2}$ poll., crassitudo ibidem $1'' 9''$ accedit; in supra parte, cuius superficies $2'' 8''$ alta, in medio vero $1'' 8''$ lata est, os fere obtuso-triquetrum adparet, ibidemque in externo suo margine angustam et longam faciem articularem offert, qua digitum parvum exceperat; in interno denique margine alteram pro medio eodem digito; inter utramque postremo maiorem etiam faciem gerit pro osse unciformi figendo. Antica superficies articularis, ad digitum quartum excipiendum, semicircularis est, et infra sua parte in medio prominentiam longitudinalem subbigeminam habet. Distinguuntur itaque quatuor eiusdem facies: suprema scilicet lata, plana, medio excavata, versus extremam partem inaequalis et tuberosa; deinceps iufima profunde excavata, angustissima, versus anteriorem partem fovea profundissima notata, in extrema vero posteriori sua parte in tuber prosiliens, quod ultra pollicem longum et dimidium pollicis latum est, quo

*) *Mem. de l'Acad. de St. Petersburg.* V. tab. 10.

a lateribus cummaxime compressum adparet. Laterales denique facies, sinistra et dextra, oblique ad ima ossis deferuntur, medioque coarctatae planaque, versus posteriora vero elongatae, inaequales ac tuberculatae conspicuntur.

3) *Os metacarpi digiti minimi dextri pedis antici* (vide Cat. Mus. No. 80, nost. Tab. LV. Fig. 4, 5, 6). Longitudo eius 5^{mm} adaequat, si ab extrema parte postica dextra externa usque ad extremanam sinistram computetur; crassitas ad 1^{mm} 8^{mm}, altitudo vero ad 3 fere poll. accedit; atque in omni sua facie externa incurva aspera est et inaequalis propter tubercula, in quibus musculi figuruntur; interna deinde facies recta quidem, at inaequalis et versus posticam partem extremam aspera notatur; extremitas postica binis conspicua est faciebus articularibus, altera laterali interna, angusta, sed in longum producta, ad excipiendam similem faciem articularem ossis metacarpi digiti quarti; dein altera, multo maiori postica et excavata, quae os cuneiforme excipit. Antica pars extrema articularis pariter quoque semicircularis est et convexa, ut itaque bene excipiat digitum minimum.

4) *Os cuneiforme* pedis antici sinistri (v. Tab. I.V. Fig. 7, 8, 9). Hoc os saltem cum eodem, ab ill. Cuvier (l.c. I. p. 194. tab. X. fig. 19) delineato conferri potest, licet tamen forma eius ab illo quedammodo recedat; est enim subtriangulare, uno angulo in longum processum hamatum ac incurvum excurrente, et ita aspero, ut nullibi aequale, sed tuberculatum potius videatur; superficies vero articulares plures notantur: una (Fig. 8.) 3 poll. lata, et totidem longa, subtriangularis, obtuso-angularis, medio impressa ac lacivissima, cui dein, sub exordio processus hamati, parvula alia facies articularis oblongo-triangularis (ibid. Fig. 8. a) accedit; altera porro, illi opposita (Fig. 9) superficies, ultra 2 poll. longa et 2 $\frac{1}{2}$ poll. lata, eademque nonnihil maior, in media sua parte ita elevata est, ut duo ossa (ibid. b.) eidem incubuisse videantur. Reliquae ceterum eiusmodi facies utmaxime cavernosae

sunt, profundisque recessibus notantur, scilicet lateralis (Fig. 7.c), quae medio concava, 2 poll. 4 lin. longa et 2 poll. 4 lin. alta est.

Omnia haec ossa dimidia parte imminuta delineata sunt. § 22.

Maxilla inferior mammontea, bene conservata (Tab. LIII.), ex agro Pinscensi effossa, in collectione cell. Constant Tiesenhausenii existat. Longitudo cuiusque partis dimidiae maxillae inferioris, inde a processu labiali rostriformi ad extrellum posticum, 1 pedem 4 poll. accedit; distantia utriusque processus coronoidei, quounque ambo servati sunt, 1 pedem 5 poll. 6 lin. adaequat. Haec certe iunioris bestiae erat; ideoque ossa solida adparent, nec facile rumpuntur vel decorticantur, ut in aliis maxillarum fragmentis a nobis descriptis. Maxilla ista haud ita lata est et crassa, nec anterior angulus labialis supra processum rostriformem tam late patet (processus enim ipse multo acutior est), quam in veteri illa bestia, altiori loco commemorata, in qua quidem hisce contrarias plane notas indicavimus.

Ex utroque dein dente molari, in extrema parte anterieore infixo adeoque laeso, ut figura (Tab. LIII.) ibidem a nobis completi debuerit, iunior quoque belluae patet actas, eoque magis, quod in postica parte needum usu detritus sit; anteriores quoque dentes lactei alveolis bene servatis insidebant; nam dens anterior dexter licet fractus radices suas satis integras (in icona nostra omissas) conservavit; uterque vero reliquis, post mortem bestiae destruetus, e maxilla exciderat.

Quilibet autem dens molaris plures continent series, easque 12 fere, lamellarum vitrearum in medio aut in latere diremptarum, quo ibidem ab invicem distant; posticae lamellae, e 2 vel 3 ovalibus annulis exstructae, pariter ac aliae intus absconditae laminae, non bene distinguui possunt, quoniam ibidem corona dentis non plane detrita sit usi; quod etiam iuniorum bestiae aetatem indicat; margines quoque lami-

narum parumper hinc inde eversi vel fimbriati sunt. Distantia externi lamellarum parietis ab interno circiter $2\frac{1}{2}$ lin. accedit; illa vero unius laminæ ab altera 2 circiter lineas patet; externus dein atque internus dentis margo crassiori massa ossea exstructus est, ita, ut laminæ ipsæ vitreæ interiora teneant. Longitudo dentis 7 poll. 3 lin., latitudine vero maxima $2\frac{1}{2}$ poll. adaequat.

Prior dens deciduus iamiam fractus, a postico alio per septum transversum, dimidium pollicem latum, dirimitur; ipse vero dexter dens media parte, qua fractus est, 1 poll. 3 lin. longus, 2 vero poll. latus est.

Ilo dein loco, quo antici dentes in maxilla infixi sunt, utraque pars maxillaris 1 poll. 8 lin. ab invicem distat; quum vero distantia utriusque marginis externi excisurae maxillaris media circiter parte sua 2 poll. contineat, altitudo denique, inde ab apice processus rostriformis ad supremum usque marginem dextræ partis maxillaris, qua prior dens excipitur, dimidium pedem excedit.

Crassitudo singulae partis maxillaris ad $4\frac{1}{2}$ poll., distantia vero exteri marginis alveolaris ab interno ad 3 poll. accedit; totus autem alveolus dente occupatur; quo præcipue bestiae actas indicatur, quum radices dentium tam alte immissæ sint alveolis. Altitudo maxillæ 4 poll. 10 lin. exsuperat.

Excisura maxillaris oblonga potius, quam rotunda videtur, quum haud ita lata sit, quam illa *Elephantis proboletis*, altiori loco descripti; in utroque vero eius latere foramina nervis vasisque excipiebunt destinata notantur; quorum duo sat ampla sunt. Processus denique coronoideus in distantia unius circiter pedis a processu maxillari exsurgit. Altitudo vero sinistri huiusc processus, iudea a basi ad apicem usque, etiamsi fracti, ad 5 circiter poll. 3 lin. accedit; in dextro latere processus ille multo magis fractus est. Dens molaris 1 poll. 2 lin.

supra maxillam prominet atque margo maxillaris ibidem satis acutus, nec obtusus, ut in illa, superiore loco descripta, maxilla notatur.

§ 23.

Aliud dein notabile fragmentum *maxillæ inferioris Elephantis mammontei* (v. Cat. Mus. No. 23) in ripa Bugi amnis provinciae Bialystocensis effosse, fere ex toto nigrum et solidum est, minimineque friabile; ponderosissimum itaque adiparet, et magis etiam propreterea, quod particulis terrenis et forte ferreis ubique penetratum est. Ipsi maxillari parti sinistram insidet anterior pars dentis molaris posterioris, quum antici dentes lactei bestiae adhucdum vitam degenti exciderint; ita ut exigui tantum alveoli, perquam coarctati, in maxilla inferiori discernantur. Sinister igitur dens molaris 7 laminis vitreis distinctis construitur, quae singulæ circiter $3\frac{1}{2}$ lin. ab invicem distant; anterior earum pagina a posteriori 2 lin. circiter remota est; vitreæ laminæ omnino rectæ sunt, anteriores huc illuc eversæ, ideoque fimbriatae adiparent, marginisque arcuatos constituant; quapropter etiam ill. Fischer ex hisce ipsis speciem *El. campylotis* constituit. Verum tamen arcuata eiusmodi laminarum conformatio grandævam potius bestiae actatem, quam distinctam speciem indicare videtur; laminæ scilicet ipsis dentis margini incident, qui ideo tenuissimus est.

Latitudo dentis 3 poll. excedit, quo iam grandævitæ bestiae patet; corona vero ultra 1 poll. 1 lin. alveolos excedit. Alveolus dentis decidui vix 8 lin. longus, at ultra 2 poll. latus est; videtur itaque in vivo iamiam animali magnitudine nullum decrevisse et a posterioribus sensim versus anteriora depulsum et eversum esse.

Notabilis quoque est excisura maxillaris triplicaris, circularis fere et ab elongata illa figura recedens, quam in iunioribus speciminiibus constanter animadvertismus. Apex quoque processus maxillaris omnino non ita longus est, ac in illo individuo antea descripto; quo

pariter etiam maior huius speciminis actas patet. In utroque postreno latere excisure maxillaris 3 maiora foramina, quae vasa nervosque receperant, conspectiuntur.

§ 24.

Maxilla denique inferior alterius *Elephantis mammontei* (vide Cat. Mus. No. 25), omnibus molaribus dentibus destituta, in Museo nostro servata, in Volhyniae quadam loco ignoto reperta est; albida et calcinata, tamen solida adparet et quoad formam medium tenet inter maxillam utramque, in antecedentibus §§ 22 et 23 descriptam; maxime tamen ad priorem illam accedit, nisi quod vetustioris *Elephantis* fuisse videatur. Nihilo tamen minus alveoli priorum dentium distincte adsunt, horumque dexter maior est sinistro, qui cum maxime iam a posterioribus ad anteriora depresso est; excisura supra symphysin maxillarem circiter 2- poll. lata est; ipse deinde processus maxillaris, versus apicem quidem fractus, multo tamen magis prominet, quam in illa maxilla, § 23 descripta, quin immo nonnulli magis etiam, quam in illa, § 22 delincta, nisi fortasse eam ob causam, quod ibi fractus sit.

Porro in dextro maxillae latere observantur duo magna foramina iisque tertium intermedium parvum; in sinistro autem latere os nimis fractum est, quo minus foramina designari possint; quod itidem dicendum est de processu coronoideo penitus fracto nec amplius recognoscendo. Altitudo 5 poll. 3 lin. est supra dissepsum, quod priorem dentem a posteriori dirimit; versus posteriora denique maxilla penitus fracta est, multoque angustior solito esse videtur.

§ 25.

Huius demum speciei *mammontae* fragimenta quaedam (v. Cat. Mus. No. 1 et 2) ossea ad ripam argillaceam Viliae annis prope Vilnam

urbem in suburbio Sznyypiszki, trans viridem pontem, effossa sunt. Spectant hoc.

1) *Superior dens molaris* cum fragmento maxillae superioris dextri lateris. Laminae eius vitreae oblique ab anterioribus versus anteriora dispositae, minus tamen prominulae sunt, quam in *Elephantis probolete*, altiori loco descripto; idcirco vetustiorem aliquam bestiam denotare videntur. Totus ceterum dens argilla penetratus, et reliquorum huius loci fragmentorum instar, ex fusco ruber est. Eisdem longitudo in corona 6 poll. 5 lin. tenet; latitudo, qua parte maxima est, 2 poll. 9 lin.; in externo demum latere parum convexus est, in interno potius planus. Praeterea laminae nonnullae supra dentis coronam prominent, quod huius speciei nota notam sistit propriam; in medio dente lamina eiusmodi ad 3 lin. adsurgit et in acuto fore angulo postrorsum reclinatur; anteriores laminarum harum paginae vix non omnes arcuatim postrorsum spectant; posteriores caudem, mihius hac directione conspicuae, ploraequo rectae potius adparent aut parum oblique sitae sunt, ut priores nonnullae. Omnes feri laminac istae ab invicem distant atque antica carum a postica ad 4 circiter poll., raro amplius, recedit, in plorisque vero minus; ut itaque hacce dentis conformatio in illam *Elephantis africanae* trahatur. Distant vero singulæ laminae a se invicem ad tria vel quatuor lin.; anteriores posteriora versus et obliquæ magis spectant, quam posteriores, quac potius rectæ ex parte needum e massa dentis ossea prodierunt; postrema lamina vitrea tantum 1 poll. 3 lin. longa, tribus ovalibus couponitur annulis, in antepenultima lamina invicem iam connexis. Retro ipsam vero laminam postremam alterius etiam conspicuntur vestigia needum omnino evolutae, ut itaque his insinu computatis, dens e 10 integris, ex undecima dein iisdem anteposita dimidiata, et duodecima unica pagina integra constructus sit. Quae ultima, etiamsi completa, ad medium tantum dentis coronam attingit maximeque detrita est; autem eam

denique radix conspicitur detrita, in alveolo fragmenti supramaxillaris quodam infixa, qua ipsa radice computata, 13 fortasse laminae denti adscribendae essent, cuius tamen rei vestigium omne nunc temporis deest. Postremo ante illam radicem in fragmento supramaxillari alveolus ad anteriorem quandam radiculam excipiendam detegitur, qui fortasse ipsam quatuordecimam laminam vitream indicare possit totumque dentem totidem quoque laminis exstructum fuisse, quarum posticae needum plane evolutae, anticae vero detritae iamiaen essent.

Cuius demum dentis corona differt ab illa prioris *Elephantis proboletis* eo, quod in dento Vilnensi anticae radices externum dentis latus occupent, in Podolico contra internum; ubi tamen aequae detritae, nullas distinctas laminas vitreas offerunt. Ceterum radices dentis buiuscē longissimae, robustissimae, laminaeque ipsae vitreæ perbreves et adeo detritae sunt, ut vix nonnullas lineas supra radices emineant; postrōrum vero magis magisque radices exsuperant multo que altiores ibidem, ultra 2 poll. supra radices extremas prominent; quantum vero supra marginem ipsius maxillæ superioris emineant, non bene patet, quin maxilla hac sua parte non sit conservata. Radices posteriores 4 poll. excedunt, licet fractæ sint, ideoque longiores fuerint, apicibus sere omnibus non integris.

In hoc etiam dente laminae vitreae utrinque marginis in massa ossea adeo involutae sunt, ut non liberae adpareant, quod in *E. panico* Fisch. observatur. Latus dein dentis externum distincte convexum est, internum concavum, ctiamsi parum tantum in ipso medio, quo ipso huius speciei nota elicetur propria.

Fragmentum supramaxillare, de quo priori loco iam egimus, solutum a dente illo, e parte supramaxillari antica componitur, quam accedebat alterius lateris analogæ pars, ad suturam palatinam constituantem. Ante eandem os intermaxillare erat situm, a nostro fragmēto plane absens; atque nonnisi pars conspicitur superioris maxillæ,

a qua inferius fovea iugalis incipit; superiora autem et inferiora versus in hoc ipso fragmento copiosæ cellulæ, cum minores, tum maiores, totam maxillam superiore occupantes, obviam veniunt.

Una cum hisce fragmentis frastulum superest dentis primoris, vix 2 pedes longum, et tantillum incurvum; inde quoque iunior *Elephantis* actas intelligi potest; crassities tamen, admodum conspicua, 3" 3"" excedit, ambitus 10" 6"": ceterum externum tantum huius dentis primoris stratum servatum est, internis omnibus quibuscunque plane deficientibus; omnino autem exalbidum est fragmentum hoc, quasi calcinatum, et friabile, unde quoque suapte iam in plura frustula longitudinalia dehiscit.

Praeter haecce ossa fragmentum quoque *pelvis*, accuratius tamen haud deliniendum, in eodem loco effossum est; dextrum os pubis esse videtur, quum pars, ad acetabulum pertinens, bene cognoscatur; in utroque autem extremitate maxime fractum est adeoque inconspicuum, ut olim pro fragmento radii habitum fuerit; longitudine cius 1 pedem 6 pollices excedit. Exstat denique in Musaco zoologico fragmentum alterius dentis molaris superioris eiusdem dextri lateris (v. *Cat. Mus.* No. 3), qui nonnihil latior antecedenti, iisdem tamen laminis vitreis, suboblique dispositis, permultum vero, scilicet 4 lin., e massa ossea dentis emergentibus, instructus est; quo quidem propria *Elephantis proboletis* nota definitur. Praeter radices vero omnes, ex toto fractas, pars quoque postica dentis omnino deficit, anteriore eadem e 7 laminis exstructa. Atque huius quoque dentis fragmentum e Viliae ripa prope Vilnam urbem erutum est.

§ 26.

Aliud perro fragmentum maxillæ inferioris cum integro dente molari, bene servato (v. *Cat. Mus.* No. 20), *Elephantis mammontei* e *Mozzrensi* districtu Minskensis provinciae allatum nobis est. Iam

vero bestia haec minus proiectae actatis fuisse videtur; nam in sinistra parte inframaxillari, quae sola nobis hic superest, duo dentes exstant, alter prior deciduus, posterior alter multo maior, illumque versus anteriora premens, dens itaque molaris secundus. In quo scilicet 15 laminae vitreæ, ab ossea massa satis crassâ obvolutæ et parallelo in situ recta decurrent. Tum etiam margines parum hinc inde eversi; laminae vero in extremo nonnisi postico et antico dentis mediis suis partibus dirempctaæ sunt, reliquæ omnes complectaæ invicemque confluente; parietes quoque laminarum parum supra coronam eminent; at omnes e massa ossea satis iamiam propulsæ, dentem non ad iuniores omnino bestias pertinuisse significant; ex altera tamen parte dens latetus ille, huic alteri antepositus, integer fere superstes est. Longitudo ipsius dentis 5¹/2 poll., latitudo 3¹/2 poll. excedit. Radices eius parum efformatae, ideoque breves et in nostro specimine perquam fractæ sunt; idcirco quoque dens antice altissimus est, ac parum detritus; laminae vitreæ rectæ. Ante hunc dentem alius, ut perhibuimus, collocatus est, lacteus, 3¹/2 poll. latus, qui itaque linea una latior est postico dente molari; media tamen parte vix ad 1¹/2 longus lorinaeque semilunaris, versus anteriora itaque convexus, ad posteriora autem, ubi convexa pars dentis posterioris adpressa eundem magis magisque versus anteriora protruderat, concavus adparebat; in superficie eius 3 tantum laminae vitreæ, media sua parte interruptæ, licet plane evolutæ, deprehenduntur; antice vero duae saltem iam ex parte detritæ sunt, atque in postico extremo nonnisi solus margo laminarum superstes est, quum molaris dens posterior priorem hunc sensim deterrere cooperit; radices postrem dentis decidui validissimæ, ideoque longæ, at perquam compressæ sunt, propterea quod radices dentis molaris iisdem incumbunt, casque urgent.

Altitudo fragmenti huius inframaxillaris ad 4¹/2 10¹/2 accedit; crassitudo eius desiniri nequit, quoniam interior maxillæ margo plane de-

est; in eadem ceterum nonnisi exigua processus coronoidei particula conspicitur; convexitas eius versus exteriora satis conspicua est et hac in re aliquomodo superat maxillam, § 24 recensitat.

Dens vero ex integro et ipsa maxilla adeo friabilis et calcinata est, ut intus albida sit planeque destruta, extus vero nigra adpareat.

Iam vero praeter hoc in Musaeo nostro complura alia asservantur fragmenta maxillæ inferioris (v. Cat. Mus. No. 33) caque minora alia, alia maiora eiusdem procul dubio individui, ut ut e Mozyrensi itidem districtu allata, ita vero fracta et exigua, ut nihil distincte cognosci possit.

§ 26.

A quibus maxillarum fragmentis communitis si recesseris, servantur in Musaeo zoologico dentes complures a maxillis suis seiuncti, scorsum itaque siti, et e variis Lithuaniae locis effossi, neque ad unicum *Elephantis* speciem referendi. Exstat igitur in codem dens molaris maximus *Elephantis mammontei* (v. Cat. Mus. No. 35) et sinistro latere maxillæ inferioris, cuius longitudo ad 7¹/2 3¹/2 accedit, licet postice aliquantum fractus, mediaque sua parte in duo frusta dilapsus sit; latitudo versus posteriora 4¹/2 tenet, sed anteriora versus paullo angustior lit; in exterioribus autem destructus videtur et permutatus, ac difficilius describi potest: nihilo tamen minus et altitudo eius et crassitudo memorabilis est; laminae vitreæ in codem ad 3¹/2 ab invicem distant, idemque intervallum singulum quemvis parietem anticum a postico altero separat. In extremo postico, ad 3¹/2 6¹/2 a corona dentis, adumbratum est initium radicis, penitus fractæ, neque ultius deliuendæ. Dum externus dentis margo nonnihil in arcum inflicitur, internus contra recta descendit, nullaque adest nota, qua a dente *Elephantis mammontei* discernatur. Locus vero Lithuaniae, quo repertus est, haud liquet. Postremo commemorandi sunt duo alii

dentes molares superioris maxillae eiusdem *Elephantis mammontei*, sibi invicem simillimi, quorum alter prope Vilnam effossus (v. *Cat. Mus.* No. 70) ab altero, qui ex incerto Lithuaniae loco derivat (v. *Cat. Mus.* No. 12) sequentibus fere recedit: Vilnensis ille sinister 6" longus, eandem fere longitudinem ac alter quoque exhibet; eadem etiam latitudo 3" in utroque dente notatur; ille dein in extrema parte postica, inde ab apice radicis ad coronam usque, 4" 9" altus, ibidemque in postica sua facio admodum excavatus est, et ideo fortasse, quod posterior iam dens tortius molaris, eidem incumbens, hunc ipsum magis magisque antrorsum protrusrit; sed alter hic multo ibidem excavatus est, minusque altus; in anterioribus denique ambo ad radices usque detriti, minime ideo maturam belluae indicant actatem. In utroque porro 13 circiter laminae vitreac observantur, quarum parietes singuli ab invicem tanto, quanto ipsae laminae, distant; in secundo tamen dente parumper magis a se remota esse videntur; in anteriore autem extremo lamina vitrea, perquam detrita, vix non disparuit aut dimidiata fere appetat; posterius denique extremam laminam offert, nedum in integrum et massa ossea egressum.

Externus margo utriusque dentis perquam exiguis est; in secundo porro valde detritus, in primo illo a massa ossea marginali et completa circumdatus; internus deinde margo utriusque dentis cummaxime prominet, ideoque altior est externo; quod in molaribus superioribus perpetuo sic notatur; idcirco etiam corona dentis ab anterioribus ad externa oblique descendit. Quilibet dens 10 vel 11 radicibus munitus est, quarum 3 pollicares, compressae et maxima, reliquae minores sunt; dentis vero secundi radices multo maiores longioresque et crassiores; color eiusdem potius obscure fuscus, illius autem prioris niger est; alio solidi nec minime friabiles, ideoque ponderosi.

Elephantis igitur *mammontei* dentes hi dicendi sunt eo, quod laminae vitreae satis recta decurrent, et non nisi in externo margine

dantis versus posteriora inflexi sunt; porro coronam non supererminent et in utraque pagina singulae illae fimbriatae sunt. Totum etiam externum dentis latus convexum potius, internum concavum, aut media sua parte parumper excavatum est, quod quidem cuiusque dentis molaris superioris propriam sistit notam, eamque in *E. mammonteo* magis, quam in *E. probolete* excutam.

§ 27.

Alius dein dens molaris dextri lateris *Elephantis probolete*, ex incerto Lithuaniae loco effossus (v. *Cat. Mus.* No. 11), latitudine et altitudine illum, quem cum maxilla superiori e Podolia tenemus, longe superat, ideoque ultimus superior esse videtur; ab anterioribus quidem fractus, partem posticam omnino integrum offert, adeoque altum, ut 8 fere poll. metiatur, quamvis radicem fractam non computaveris. Latitudo totius dentis 8 poll. 6 lin. ad basin, in anterioribus fractam, superat, ubi 19 fere laminac dentales vitreae, subcorticali substantia absconditae, bene tamen conspicuntur. Quarum circiter 9 in dentis corona usu detritae sunt, interioribus quibusdam fractis haud computatis. Latitudo coronae versus anteriora tres fere poll. cum dimidio; longitudi, propter fractam partem anticam, 4 $\frac{1}{4}$ poll. habet.

Laminae vitreae, oblique postrorsum conversae, ultra 4 lin. e substantia corticali prominent in pariete suo antico, profundius transversim sulcato ac fimbriato; ouines vero laminac recta magis decurrentes, in utroque latere ad 3 lin. ab insequentibus distant, media vero parte proprius ad se invicem accedunt. Ceterum corona dentis interiore suo margine parumper altius, quam externo adscendit; qua re tota superficies coronae obliqua est posita ab interiore versus exteriorem marginem, ut quidem solet in hac *Elephantum* specie.

Substantia dentis corticalis omnino calcinata, ideoque friabilis adparet et alba, totusque dens eximie ponderosus est.

Interea tamen a Podolica illa specie (§ 16) parum recedere videatur. Externum dentis latus convexum, internum vero concavum potius, seu concavo-complanatum notatur.

§ 28.

Alius quoque dens molaris prior superioris maxillae lateris sinistri (v. *Cat. Mus.* No. 15) eiusdem *Elephantis proboletis* incuntis aetatis e Lithuaniae incerto loco in Musaeo extat; eius coronae longitudine 5 poll. 3 lin., latitudine maxima 2 poll. 8 lin., altitudo 3 fere poll. in medio osse tenet, ut itaque dens parumper brevior, haud vero angustior sit illo, § 17 nominato; parum etiam minus proiectae aetatis suis animal probatur eo, quod octo tantum laminæ vitreæ bene evolutae numerantur, posteriori nona nudum plane efformata, caue ex annulis, in unam seriem concatenatis, extrineta, anteriori vero decima parum adhucdum usu detrita beneque conspicua. Eadem haec laminae parum sursum emergunt in pariete suo antico simbriato, coeque a socio suo ad 2 lin. distante, atque eiusdem fere crassitie massa corticalis inter utrasque laminas intericta est; accedit, quod laminae, postrorum conversae, non ex toto sint rectae, sed media passim parte in latus deprehendantur inflexae. Radices 5 tripollulares, longissimae ideo ac latissimae, basi dentis infixa, maximum eius partem occupant et versus anteriora dentis sitae, postica sua parte concavae adarent.

Dens ceterum, ex nigro rufus, friabilem substantiam corticalalem usque quaue offert.

Adest denique in Musaeo, e loco quodam ignoto, dens maxillæ inferioris sinistri lateris *Eleph. proboletis* (v. *Cat. Mus.* No. 7^a), qui magnitudine tamen formaque ab illo § 18 descripto recedit. Etiam si enim posteriore sua parte extrema fractus sit, ad 7½ tamen poll. longus est et 3 poll. latus; numerantur praetera laminæ vitreæ 11^½, ab invicem ad 3 fere aut 4 lin. distantes, massamque corticalem eiusdem

crassitie his intervallis suis excipientes; anterior laminarum paries ad 3 lin. adsurgit, posteriori contra in massam corticalem penitus immerso; versus anteriora autem dens iam satis usu detritus est et radices offert maiores, quam versus basis partem posteriorem, ubi caudem in laminam utriusque marginis per breve constituendam abeunt; quo quidem sit, ut altitudo totius dentis 4 poll. haud excedat. Laminae vero omnes postrorum spectant, margoque dentis exterior parum altior est interior; quod in *E. proboletis* minus consuetum est. Substantia dentis universa albida est; massa vitrea semitransparentis, albida, corticalis vero omnino calciuata, alba ac friabilis. Servatur demum in Musaeo nostro (*Cat. No. 41*) idem dens, eiusdem lateris, eodem illo tamen parumper minor, ut adeo *Elephantem* hunc adhuc iuniorum fuisse verosimile sit; in ceteris plane illi similis est.

§ 29.

Iam vero aliis dens *Elephantis proboletis* molaris (vide *Cat. Mus.* No. 31) inferioris maxillæ dextri lateris, e Lithuaniae loco incerto crutus, maxime memorabilis est eo, quod tam conspicuae molis dens inferior necrum visus sit, et proinde helluae enormem magnitudinem testetur. Cuius tamen fragmenti rari mutilatio ulteriore descriptionem vix admittit. Latitudo 3 pollicum inde ab initio in distantiæ 4 pollicum, ubi reliqua pars fracta deficit, enormem sans maxillam indicat; laminæ vitreæ inter se et ab analogis aliis ad 3—4 lineas distantes, medio suo vel in latere passim parumper incurvantur; in pariete vero externo vix 3 lin. prominulae simbriataeque, parum oblique postrorum conversae sunt. Ceterum dens nigri coloris extus, sed intus exalbidus minusque friabilis videtur.

Propter privam omnino conformatiōnem, qua distinctam aliquam speciem sistit, dentem hic recenseamus molarem (vide *Cat. Mus.* No. 40) maxillæ superioris dextri lateris anteriorem ac caducum

Elephantis, cum *campylote* Fisch. conferendi, e Sibiriae loco incerto effossum.

Species forsitan singularis habenda hacc est, ab *Elephante campylote* distincta, licet ad eundem proxime accedens; nam laminae, etiamsi non numerosae, arcuatae tamen, parum elevatae sunt et ab invicem late distantes; ipsis vero dens, unus certe ex anterioribus, latus quidem, sed minime arcuatus est; longitudine 5 pollicum, latitudo 3 pollices adaequat; numerantur præterea distinctæ 8 laminae, præter anteriorem extremam, minime conspicuam; eadem in parte antiqua detritæ, parum prominulae, fimbriatae, arcuatae, aut hinc inde inversæ, lineas duas ab invicem distantes et a sociis suis 5 lineas remotaæ, quo etiam numerus carum adeo exiguis redditur; in interstitiis suis massam dentis osseam excavatam amplectuntur. Omnes radices dentis fractæ; facies eius postica late excavata indicat, cideum posteriorem alium dentem incubuisse; extus postremo niger, intus vero friabilis et rubicundus est.

Hunc dentem quodammodo accedit anticum aliquod fragmentum alterius dentis molaris superioris lateris sinistri (vide Cat. Mus. No. 57). Laminae eius numerosae sunt, semiarcuate, detritæ tamen, neque prominulae, numero 11 servatae; reliquæ postice fractæ; anteriores detritæ non rite distinguendæ, approximatae, vix fimbriatae, nisi fortasse detritæ sint fimbriæ. Latitudo 3 pollicum, posteriora versus multo minor, ibidemque dens fractus, cuius longitudine 4½ poll., intus vero albus est. Radices fractæ; minusque mutata ossea eius massa. Ex incerto Lithuaniae loco esso dicitur.

Similis quoque dens *Eleph. campylotis* molaris (v. Cat. Mus. No. 46) inferioris maxillæ dextri lateris e Lithuania esse videtur. Laminae in hoc numerantur 18; longitudine dentis 7½ poll., latitudo 2½ poll. tenet. Laminae posteriores oblique parum procumbentes et semiarcuate, parum prominulae, subfimbriatae; anteriores rectæ, sin-

goli laminarum parietes magis a se invicem distantes, quam ipsæ laminae inter se, quæ versus posteriora præcipue latius distant.

Non adeo detritus dens bellum iunioris actatis indicat; radices vero anteriores fractæ, posteriores longiores, molius conservatae, omnes oblique postrorum reflexæ. Dens ceterum friabilis, satis ponderosus, rufus, multaque massa calcinata e lateribus contextus est. Non tota superficies plana est; latus externum parum altius interno; facies externa potius convexa, interna vero, si non concava, tamen aquabiliter plana. Altitudo in anteriori parte extrema duorum pollicum, in medio 3 pollicum, in extremo postico parumper maior est. Certe differt a dente *E. mammontei*.

§ 30.

Ex alio Lithuaniae loco incerto servatur in *Musaeo* (vide Cat. No. 45) aliis dens molaris maxillæ superioris anterior dextri lateris *El. mammontei*, postice mutilatus; longus est 4½ poll., latus 3 poll.; numerantur laminae vitreæ 10, anteriores et posteriores medio dimittiæ, vel dimidiatae et annulatim coniunctæ, vix aliquantum prominulae, sed a consentiente laminae pariete magis, quam inter se distantes; radices satis magnæ sunt.

E Podolia vero tenemus dentem molarem *mammonteum* (vide Cat. Mus. No. 26), propeque annem Studzienitzij effossum, eumque maxillæ inferioris sinistri lateris adulii *Elephantis*. Latior parum antecedente, antice fractus est; 8 circiter poll. longus, quoque servatus est; latus ultra 5 poll.; numerantur in codem 8 laminae præter alias forsitan antice deficiētes, omnes segregatae; ad tres quartuorve lineas a se invicem distantes, parietibus earum singulis totidem fere lineis ab invicem sciunctis, rectæ ceterum parumque e massa ossa calcinata prominentes, marginibus raro et rudius fimbriatis; eadem posteriores tandem hinc inde constrictæ et quasi annulis exstructæ.

Radices medio in dente fractae, oblique postrorsum reversae. Eiusmodi dens grandaevi *Elephantis* postremus fuisse videtur ideoque maxime detritus, interque laminas solutus et lacunosus est; specimen hoc *Elephantis* certe maximum fuit.

§ 31.

Exstat dein in nostro *Musaeo* dens molaris superior lateris dextri ultimus (v. *Cat. Mus.* No. 36) *Elephantis* cuiusdam privatae speciei, in districtu Novogrodkensi ad ripam Nemeni, prope villam Szczorce effossus beneque conservatus. Longus est in corona 5 poll., et latus 3½ poll., formaque insolita excellit, ut 10 poll. altus sit, si ab externo et anteriore angulo coronae ad extremum usque apicem radicalem eundem metiaris; latitudo in medio dente ad 7 poll., et quod excurrit, aequaliter; totus dens, duritie ossea notatus, ponderosus, ex ruflo-niger, adeo duro velamine includitur, ut nulli laesus videatur. Ceterum superficies eius laevis est, externa potius convexa, interna parum concava, et plana; utrinque decem fere numerantur radiculae fractae, per binas series longitudinales congregatae et ita numerosae, ut in aliis speciebus nunquam esse solent. In dentis corona numerantur 15 laminae vitreæ, angustæ, inaequales, non ex toto rectæ, per exigua interstitia inter se mutuo linquentes, vix e superficie coronæ prominulae, integræ, nisi posteriores aliquæ, ex annulis teretioribus extrectæ, aequaliter necdum multum proiectam animalis palam facerent. Margo externus ultra 1 poll. magis prominulus sive altior est interno, laminis vitreis nullibi in illo prominulis, potius ibidem plane detritis et planum continuum cum massa ossea occupantibus; margo vero internus recessus ita, ut exinde corona dentis versus externum marginem obliquè descendat, medioque parum quasi concava sit; quo sane relatio omnino alia nascitur, ac in dente *El. proboletis*, cuius internus margo superioris dentis altior est, vel magis prominulus, quam externus. In

dente illo, quem exinde quoque novae cuidam speciei, *El. odontotyranno m.*, adjudicamus, margo internus notatur prominulis laminis vitreis, et massa ossea multo profundius sita emergentibus, quae vel maxime adtrita ibidem adparet, et in ipso hoc margine interno late eadem rufo insignitur colore; hinc sane uterque internus et externus vel maxime ab invicem differt, formamque illam insolitam offert, ab *E. mammonteo* certe alienam, cuius scilicet dens corona vel planohorizontalis est, vel obliquè ab exteriore margine ad interiorē descendens.

Dentis corona antice ita detrita est usu, ut anterior lamina una alteraque plane disparerint, solique parietes vitrei nigro-nitentes ibidem superstites sint, scilicet eadem hac parte extrema dens iste sibi antepositum alterum protrudebat, qui ideoque vi ibidem detritus est et laevigatus, ut quasi truncatus videatur. In universum igitur minor pars coronæ detrita est anterior; maior adhuc abscondita sensimque sub procedente masticationis processu prodiisset, nisi bella extincta fuisset.

§ 32.

Differentiae huius dentis *Elephantis odontotyranni**) a consimili dente eiusdem lateris supramaxillari *E. proboletis* (v. supra, in *Cat. Mus. vet.* No. 11) et *mammontei* Sibirici (v. *Cat. Mus. vet.* No. 32) sequentes sunt: In dentis illius *El. odontotyranni* positu

*) Usurpavimus nomen hoc e Iulio Valerio (*Itinerarium Alexandri magni et Iulii Valerii de rebus gestis eiusdem Alexandri lib. III. edid. A. Majus. Mediolani 1817*) in quo *Elephantina* species designauit, minime vero *Mastodontis generis bellus*, sive *E. mammonteus*, quod voluit claris. vir. Frid. Gräfe, (sub *Mammonte* nostro fabulosum antiquorum Odontotyrannum latere, conicitur, additis observationibus critici in Iul. Valerium, in *Mém. de l'Académie Imp. des sciences de St. Petersb.* VI. Serie. Tome I. Livr. 1. 1830. pag. 69).

verticali, licet statu naturali in universum superioris maxillae dens quilibet oblique interiora versus spectet, margo coronae externus (Tab. LXIII. Fig. 1 et 2 a.) pro interno (l.c. b.), superiora petente, ita deorsum vergit, ut plus unum pollicem ima legat; in eodem situ verticali dentis *E. proboletis* internus potius coronac margo, sursum recedente ipso externo eoque altius sit, ita descendit, ut ille plus dimidium pollicem ima petat altero illo margine; in simili denique situ verticali dentis *E. mammontei* uterque eius coronae margo cum ipsa media parte coronali horizontali planum ita servat, ut margo nec internus, nec externus prosiliat, quo fit, ut dens *mammonteus* medium teneat inter dentem *E. odontotyranni* et *proboletis*. Corona dein dentis *E. mammontei* 3 poll. lata est, illa dentis *E. odontotyranni* (Tab. LXIII. Fig. 1 et 2. b. a.) 4 lineis latior, et dens *E. proboletis* ibi 5 lin. illum superat; itaque dens *E. proboletis* in anterioribus latissimus est, ille *E. mammontei* potius in media parte, at dens *E. odontotyranni* inter medium ipsam et anteriorem partem. Interna porro facies radicalis dentis cuiusvis concava est, externa convexa; sic tota fore facies dentis *E. proboletis* concava adpareat, prascertim anticum versus marginem et posticum; dentis vero *E. odontotyranni* margo potius uterque (Tab. LXIII. Fig. 1. m. n.) ibidem convexior, medioque loco (l.c. g. g.) concavus est; dens denique *E. mammontei* e medio auteriorem versus marginem declivi-concavus est, in reliquis ubique convexus. Externa facies in omnibus bisce speciebus convexa, in nullo tamen magis, quam in *E. mammonteo*, in nullo minus, quam in *E. odontotyranno*, (l.c. Fig. 2. h.), ut ea ibi sit plana potius versusque medianam partem superiore immo depressa. In facie illa interna radicali dentis *E. proboletis* laminae vitreae 19 distinctissimae, osseaque massa amictae, prosiliunt, maioribus sulcis sat profundis ab invicem distimpiae; in dente *E. odontotyranni* non bene distinctae laminae prosiliunt, nisi aliqua excipias vestigia earum levissima ad supremum

marginem externum; in dente denique *mammonteo* ibidem adparent laminae, rudijs tamen emergentes per totum marginem superius, medium versus sensim evanescentes.

§ 33.

Porro margo anterior radicalis dentis *E. odontotyranni* numerosas radices, ad novem fore, utrinque sitas, ideoque duplichem seriem constituentes monstrat, nunc quidem fractas omnes, pridem absque dubio longissimas, quartum superiores denum minus numerosae confluent, tenuem ibi parietem constituentes; at in dente *E. proboletis* eae non solum superiora versus, sed etiam in media ipsaque parte inferiore confluent invicem parietemque constituant tenuem, laevem ac continuum, ita ut distinctae radices non conspiciantur, licet corona dentis anteriora versus satis detrita actatem belluae satis provectam indicet. Dentis denique *E. mammontei* radices interiores eiusdem marginis multo sunt longiores et maiores, exteriores minores multoque breviores et rariores, ut itaque una potius series carundem adpareat, solo supremo apice a pariete illo utroque coniuncto obvallato. Posterior deinde margo dentis radicalis *E. mammontei* maxime est acuminatus omninoque utrinque declivis; in *E. probolete* iam multo fit obtusior, nec nisi in externa facie declivis; omnium vero latissimus et obtusissimus dens *E. odontotyranni* est ibidem, praecipue superiore versus (l.c. Fig. 2. n.), ubi reliqui potius angustiores adparent. Maxima vero differentia energet ex ipsis laminis vitreis, in dente *mammonteo* minime oblique, in *E. probolete* maxime oblique sitis, ut ab anterioribus versus posteriora oblique incumbant; in *mammonteo* scilicet laminae vixdum prodeunt supra coronae planum, in *E. odontotyranno* laterales denique partes (l.c. Fig. 1. e. e.) marginis interni latioris (l.c. Fig. 1. b.) et distinctissimi ultra 3 lineas ex eodem emergant, quum in opposito margine extero acutissimo (l.c. a.) lami-

nae detritae minimeque prominulae planum coronae omnino non excedant; ceteroquin facies coronae huius dentis medio (l.c. L.) devexa adparet et concava, inquit aliis vero duobus potius plana ibidem est; laminae denique numerosiores quam in *E. probolete* distinguuntur, multo minoribus interstitiis a se invicem dirempta, quo sit, ut laminarum singularium parietes, nec non inter laminas ipsas pares, mutuo a se invicem magis distent in *Mammonteo* illo, quam in *Odontotyranno*, maxime vero in *Probolete*, cuius demum singulae laminae in utroque margine cum externo, tum interno coronae aequaliter ex illa emergunt, ita tamen, ut singularum laminarum paginac exterae ultra 4 lineas emergant, dum internae declivitatem teneant osseae substantiae interiectae, e qua minime emergunt.

§ 34.

Equidem ipse teneo dentem molarem superiorem sinistri lateris *Eleph. pygmaei* Fisch. antepenultimo, nisi ipsum priorem, e Lithuaniae districtu Novogrodkiensi. Longitudo coronae dentis $4\frac{1}{2}$ poll., maxima latitudo ultra 2 poll., medio parum arctior; numerantur 11 laminae vitreae *) , ut solet in hac specie exigua, parietibus laminarum ipsius laminis ab invicem satis remotis, unde laminarum parietes ad 3 lin., laminae vero a se invicem ad 4 lin., idque potissimum postrorum, remotae sunt; omnes laminae rectae, rudiis fimbriatae, vixdum prominulae, massamque osseam excedentes; posteriores vero per annulos associatae, anteriores latiores, longiores et integrae, priores demum ipsae fractae. Tota autem corona nigra, intus flavo-ochrea; ceterum plana, utroque margine aequaliter alto, aequalem itaque planitatem constitutae, quo maxime differt a specie antecedente, aequa-

ce ab *E. mammonteo* et *probolete*; laminae in utroque margine pa-
rum prominulae, media parte vix aliquantum elevatae.

Radices elongatae, maximae; triangularis prior anterior interio-
rem huius dentis partem tenet, ut solet in aliis; reliquae radices altio-
res, latiores ac planae, multo robustiores, praesertim interiores, exte-
riores vero tenuiores; plana facies posterior excavata. In ceteris nec-
dum omnes laminae posteriores e massa ossea emergunt, nam latet
ad hoc duodecima lamina in eadem abscondita. Altitudo dentis ante-
rior $1\frac{1}{2}$ poll., posterior $3\frac{1}{4}$ poll.

§ 35.

Hisce denique *molaribus* dentibus exceptis, e Lithuaniae *) agro plures *primores* effossi sunt, quibus praesertim pertinent sequentes: dens primoris (*Cat. Mus.* No. 8) in utroque extremo fractus intusque in cretaceam massam albam friabilem commutatus, extus vero osseus ac durns et fuscus. Nunc quidem frustum hocce vix 2 ped. 8 poll. lon-
gum est, at 11 poll. 3 lin. in ambitu tenet, ut facile longior fuisset altero dente, quem e Russia missum (*Cat. Mus.* No. 99) tenemus, ad $5\frac{1}{2}$ pe-
des longum, vel maxime versus exteriora inflexum; ille itaque Lithuania-
nus ad grandius specimen *Elephantis* pertinuisse videtur. Similis
quoque dens primoris (*Cat. Mus.* No. 98) fractus, ultra pedem in ini-
tio suo et $9\frac{1}{2}$ fere poll. in ambitu patens, parum itaque tenuior illis, e
Podolia missus est, friabilis multisque longitudinalibus fissuris direm-
ptus, ac vix in bipollicari fragmento servatur in nostro Musaeo. Aliud
dein fragmentum (*Cat. Mus.* No. 34) multo tenuius, ex incerto loco,
servatur ibidem intusque est cretaceo-friabile et male servatum. Hi
omnes dentes primores sinistri lateris crant. Dextri autem lateris ha-

*) Totidem fere laminae auctore cel. Corse (v. Cuvier l.c. I. pag. 41) numeran-
tur in dente, qui tertius est, moleri *Elephantis* sextum septimumve annum agentis.

*) In collectione scholae Kamenevensi conservatur quoque magnus dens primoris
in Pedolia repertus.

hendus est dens (*Cat. Mus.* No. 29), e Podolia missus, utroque extremo Itractus ac longitudinaliter fissus, qui in ambitu $9\frac{1}{2}$ poll. tenet, et ultra 3 pedes longus est; intus niger adparet inque externa facie massam cretaceam friabilem albidissimam offert. Exstant quoque frustula 9 alba primoris dentis e Minskensi provincia, subcretacea, ut fere albam notam ducant, in ceteris mollia, fragilia, linguae aliquantum adhaerentia, e calce carbonica terraque silicea composita, quae dum conburuntur, empyreumaticum spargunt odorem, neque tamen osseam indolem offerunt.

§ 36.

Illis denique adnumerandus est dens primoris dexter (*Cat. Mus.* No. 7. v. Tab. LI. Fig. 6.), prope pagum Uschpole e fluvio Swenta distictus Wilkomirskiensis piscatus, rufo-niger; cuius ambitus in medio ad 8 poll., in supremo extremitate ad 7 fere poll. et apicem versus $4\frac{1}{2}$ poll. accedit; longus est ad 3 ped. 3 poll., fracto apice iusimul computato; vix ultra 2 poll. a recta linea extorsum inflectitur, quo certe vel maxime dens *E. proboletei* ab alia specie differebat, nisi fuerit dens loeminae, quae eundem multo minorem, quam mas, et rectum versusque ima incurvum gerit. Complanatus dein apex in teretem mox partem median abit, ibidem crassiores, quam in supremo extremitate. Huius quoque loci dicitur dens molaris (*Cat. Mus.* No. 7. a.), e fluvio Swenta erutus, cuius mentionem ulteriore iam superiore loco (§ 28.) fecimus, scilicet prior inferior sinistri lateris, actatis forsitan provectionis; in antica parte ad radicem usque detritus est, laminaeque ibidem haud minus bene conspicuntur; postica vero parte fortuito fractus est, nec heu cognoscitur; numerantur 10 laminae distinctae vitreae, undecima iam usu detrita haud bene adparet; omnes oblique sitae, ut solent in *Eleph. proboletei*, in anticu pariete ad $3\frac{1}{2}$ lin. emergunt e massa ossea, utrinque ad latus destructae; singuli parietes ab

invicem 2—3 lineas distant, anteriores parum latiores posterioribus omninoque usu detritae, quo fiebat, ut singulorum parietum vix aliqua ibidem vestigia adpareant; ipsi parietes parumper sambibrati inque margine transversim sulcati sunt. Totius dentis latus externum potius convexum est, quam internum, subplanum. Radices inferne convenient varieque iunguntur, quo minus conspicuae sunt, nisi antica parte, qua sibi invicem adpresso et oblique sitae manifestiores sunt.

§ 37.

Iam vero complura ossa *extremarum partium* fossilium *Elephantum* servavunt in nostro *Musaeo*, quae postremo a nobis recensenda sunt. Hisce pertinet *os humeri El. proboletei* (*Cat. Mus.* No. 82) dextrum, in Podolia prope Zawadowee Haysinsis districtus una cum aliis, superiore loco a nobis descriptis ossibus, effossum. Longum est id 2 ped. 6 poll., medio 6 poll. latum, in extremitate condyllo 8 poll. 6 lin. accedit; latissimum itaque caeteris ac robustissimum est, cuius tamen inferius capitulum externum fractum est atque deperditum; media denique eminentia corporis externa robusta, incrassata, atque os ibidem versus superiora crassissimum. Aliud porro humeri fragmentum (v. *Cat. Mus.* No. 18) e Lithuania, in fluvio Muchavieci piscatum, dextra quoque lateris, versus superiora plane deficit totoque collo et capite suo supremo caret; inferne vero bene servatum est, ibidemque capitulum externum ab interno in latitudinem fere 8 poll. patet, supra capitulum vero utrumque os ultra 8 poll. latum est. Ut illud os omnino albidum est et calcinatum, sic hoc nigrum adparet ac durum. Alia deinde inferior pars et media *humeri* (v. *Cat. Mus.* No. 27) dextrae lateris, ciudem fere ambitus et ponderosa, deficiente tamen omnino utroque capitulo inferiore, effossa est in Podolia haud procul a Czarnokosynce villa. Porro alterum fragmentum *humeri* multo minoris et sinistri (*Cat. Mus.* No. 50), cuius pars inferior sola servata est, su-

prima plane deficiente. Utrunque capitulum inferius 5 poll. 6 lin. in extremo suo a se invicem distat; interno capitulo 4 fere poll. crasso, exteriorum ad 3 poll. 3 lin. circiter; ad nonnullos pollices supra haec capitula humerus 6 poll. 6 lin. in latitudinem hiat; medio osse latitudo fere trium pollicum est. Certe humerus iuvenis belluac, neclum adultae erat, nisi forte *E. pygmaei*, quum re vera duplo minor sit *E. mammonteo*, et insuper capitula inferiora bene iam reliquo ossi adereta. *Ulna* deinde fossilis (*Cat. Mus.* No. 17) dextri lateris ad humerum certe maiorem illo, in superiori loco descripto (*Cat. Mus.* No. 18) pertinet, at ex eodem fluvio Muchavieci pescata esse dicitur. *Elephas* iste certe maximae erat staturae. Longitudo enim ulnae huius ad 2 ped. 4 poll. accedit, non computata epiphysi inferiori disiuncta planeque deficiente. Totum os fere triangulare, superne crassissimum ei dilatatum est. Latitudo olecrani ad 8 poll. accedit; fovea articularis olecrani subtriangularis est atque cordiformis; ceterum os ipsum nigrum ac ponderosissimum. Superior quoque *radii* pars, epiphysi tamen deficiente, *Elephantis mammontei*, in districtu eodem Mosyrensi effossa, in nostro exstat Musaeo (*Cat. Mus.* No. 19), cuius longitudine non definienda, propterea quod mox sub extrema parte fractum est os; dimensio tamen longitudinalis capituli supremi dimidium fere pedem, latitudinis vero illa ad 4 poll. accedit; friabilis radius flavidus adparc.^{*)}

^{*)} Haec dura scribo, examinanda sese mibi offerunt tria ossa *mammontea* anterioris extremitatis, quae e districto Lithuaniae Upitzkiensi, prope pagum Uschpole, ni fallor, reperta, Petropolim mittuntur, ut ibi in collegium supremum metallicum deponantur; sunt autem sequentes:

1) *Scapula* dextri lateris maxima, ultra 2' 1" 3" longa inde a media cavitate glenoidea ad supremum usque marginem, in anteriore tamen et praecipue in posteriore margine ita fracta, ut eius latitudo maxime patet; ideoque quoad formam maxime conferenda est cum illo fragmento, ab ill. Cuvier (L.c. I. tab. 7. fig. 6) delineato; latitudo condyl., quoque servatus est, 10" 3" accedit; spina in anteriore margine 5" 5" prosilit, at superiori versus ita fracta est, ut acromion omnino

§. 38.

Femur porro sinistrum maximum ac nigerrimum, *humeri* illius et *ulnae* instar, non tamen integrum, e Lithuaniae loco certe eodem provenit, propterea quod hisce ossibus simillima eadem est indoles externa; ponderosissimum etiam est, at multo magis nigrum; qua sola qualitate ab illis alteris recedit; longum est 3 poll., etiam si inferior pars et supremus condylus desint; latitudo eius media bipedalis, crassitudo ibidem dimidio minor, quo quidem planum potius redditur, quam teres. Iam vero ex toto cavum, particulis tamen ferreis ita im-

desit, quod tamen unius fere pedis distantia inde a cavitate glenoidea incepisse videtur; quae denique ipsa 7" 6" longa et 4" 4" lata est.

3) *Ostium humeri*, 1' 5" 6" longum inque ambitu, ubi angustissimum est, 1' 4" 10" latum; est sinistri lateris cum inseguente ulna eiusdemque individui maximis minuscule protexis acetatis, cum caput humeri ab hocce disiunctum sit; condylus internus 9" 6" latus est; crista dein condyloidea supra condylum utrumque 11" 6" lata; caput ipsum ab anterie ore ad posteriorem partem 1 ped. latum, et ab externo margine ad foveam usque articularem 6" 10" latitudine eius accedit; crista deltoidea sub capite humeri fracta est ideoque non accutate cognoscenda; crista condyloidea marginie profundiore foramine notatur, vasis nervisque excipiendi idonea; fovea posterior extremitati humeri inferioris ampla est et ultra 2 1/2 poll. profunda, si ad marginem internum condylis maioris interni metieris. Humerus ipse omnibus rationibus latior et amplior est illo, quem superiori loco § 37 (*Cat. Mus.* No. 18) descripsimus; in ceteris solidissimum os potius flavidum est, quam exalbidum.

3) *Ulna* denique sinistri lateris, quae cum humero illo ad idem individuum pertinebat; longa est 2' 6" 9" ab extremo olecrano ad extreman usque partem inferiorem, cui tamen condylus plane deest; ambitus circa olecranon processumque anconeum 3' 1" 4" accedit, medi iudeo corporis 1' 2"; at infimae partis 1' 8" 5"; latitudo cavitatis sigmaeideae, in nostro specimine trianguli potius formam constitutus, 9 poll., at longitudine cavitatis glenoidea olecrani 4 poll. accedit; latitudo poro facie exterioris olecrani, inde ab eius extremo ad extreman usque marginem anticum condylis externi, 10" 6", et interne eiusdem faciei 1' 6" tenet. In universum itaque hoc quoque et crassius est et amplius illo, in § 37 (*Cat. Mus.* No. 17) descripto.

butum videtur, ut inde eximium pondus eidem accedat. *Femoris* dein aliquod fragmentum (*Cat. Mus.* No. 87) dextri lateris; scilicet sola pars inferior, duobus condylis posticis et antica fovea articulari pro excipienda patella (quae tamen deest) bene servatis; erutum est os e Rosiensi districtu prope Hrynkischki pagum e terra, dum fundamentum ecclesiae fodiebatur. Maxima distantia ultra 6 poll. unius condyl ab altero; ubi vero invicem approximantur, ad 5 lin. a se invicem distant; antica dein pars articularis, patellam figens, a postica facie interni condyli ad 8 poll. recedit. Aliud quoque *femoris* parvum per minoris et sinistri fragmentum ex toto nigrum est fragileque, extrema nimirum parte superiori fracta, infima cum epiphysi disiuncta bene conservata; prodiit e Lithuaniae loco incerto. Quod licet illi simum, nonnullis tamen differt, quae a varia bestiae actate aut forte sexu vario, aut alia differentia specifica explicanda sunt. Longitudo ultra 2 ped. 2 poll., superiori scilicet parte non integra, et aliis quoque fracturis longitudinalibus os varie dividentibus. Commemorandum deinde venit fragmentum partis *femoris* superioris (*Cat. Mus.* No. 56) incompletum, e Podolia missum, mediae magnitudinis, satisque ponderosum; ac postremo aliud frustum *femoris* partis superioris (*Cat. Mus.* No. 21) mediae magnitudinis, albidum fragileque, e Minskensis provinciae districtu Mosyrensi, ita vero male servatum, ut nihil bene cognoscatur.

§ 39.

Tibiae denique fossiles complures, pleraque bene servatae, existant in nostro *Musaeo*; sic os *tibiae* (*Cat. Mus.* No. 24) bene servatum utraque tamen epiphysi plane deficiente, e Dubnensi districtu Vollyniae missum; mediae magnitudinis non ultra unum pedem ac dimidium longum est; suprema pars in capitulo dimidium pedem longa, et quatuor cum dimidio pollices lata est; inferior vero extrema pars

4² poll. et parum ultra 4 lata: nam fracta ibidem est minimeque definienda; ambitus mediae partis 9 $\frac{1}{2}$ poll. tenet. Ceterum os album, friabile ac celulosum adparet. Servatur deinde frustum *tibiae* (*Cat. Mus.* No. 21) mediae magnitudinis, epiphysi ipsa deficiente, ad dimidium pedem longae; ceterum os fractum est, nec ulterius definitendum; provenit ex eodem districtu Mosyrensi. Exstat porro (*Cat. Mus.* No. 84) pars *tibiae* superior vix pedem unum longitudine adaequans, sine loco, et per quam friabilis; inferior quoque *tibiae* pars (*Cat. Mus.* No. 88) fracta, et friabilis, e loco Lithuaniae ignota eruta; nec non alia superior *tibiae* pars (*Cat. Mus.* No. 86) mutilata, maxima, e loco ignoto Lithuaniae effossa, cuius postica pars superior ad 6 $\frac{1}{2}$ poll. patet, quemadmodum in altera illa *tibia* (*Cat. Mus.* No. 22) vix 5 $\frac{1}{2}$ poll. teneat. Ad haec denique pertinent ossium duorum fragmenta, forte *cranii*, *pelvis femoris*, ac *costarum* complurium, non rite delinienda, in eodem districtu reperta; ceterum exigua frusta minimi momenti. Simili quoque modo ibidem effossa fragmenta 14 segregata *dentis primoris*, aliquot pollices longa, passim crassissima, ita ut extrema parte ad 4 poll. in diametro pateant et sensim in reliquo ambitu suo immunitantur. Ossea eorum massa ex toto commutata in albidiā, cretaeā, fragillimā ac levissimā, ut lapidum potius, quam ossium indolem praeceperant. Extrema pars anterior ad pollicem latitudine sua accedit et ubique friabilis est.

§ 40.

Hicce demum addantur duo *calcanei* fossiles, e Minskensi provincia missi (*Cat. Mus.* No. 22), uterque dextri pedis; alter parvum maior et crassor (v. *Tab. LI.* Fig. 4 et 5), alter minor parumper ac tenerior; in illo corpus in posteriori sua parte brevius, at latius est, quam in hocce illiusque corporis tuber, 3 $\frac{1}{2}$ poll. altum et 3 poll. 3 lin. latum, subquadratum ac asperum, figendo tendini Achillis aptissimum; superne au-

tem corpus, 2 poll. 4 lin. latum et 1 poll. 9 lin. altum, declive est et laeve, multisque lacunis vel foraminibus pertusum, quibus vasa os intrabant; inferne et postice idem illud tubere maiore aspero que instratum est, cui insistebat bestia. Anterior denique pars (Tab. LI. Fig. 4.) latissima, scilicet 5 poll. lata et $\frac{1}{2}$ ped. alta, plana, media sua parte canalem vel sinum tarsi versus anteriora sensim ampliatum continent, qui excipiendo *talo*, cui *tibia* incombuit, inservit, dum pars basalis *calcanei*, inferius posita, ad excipiendum *os cuboideum* aptatur. Ceterum os hoc multangulare, subtriangularē est, ita, ut laterales duea partes declives laevesque ac lacunosa (v. Fig. 5), nec non anterior lata, in medio suo sinu illo profundo latoque exarata, distinguuntur; posterior enim pars tubere illo, quod excipiendo tendini Achillis inservit, notatur, et inferne in aliud tuberculum rudius excurrit, cui corpus bestiae innititur.

Alter denique *calcaneus*, minor certe et diversa ratione exstructus, nisi juvenilem aetatem, certe alium sexum foeminitum specie nee distinctam indicat; altus enim est, ipso corporis tubere insimul computato, $\frac{1}{2}$ pedem, quem maior ille 5 lin. altior sit; latus vero 5 poll. in anteriore parte articulari, ut ille; at eius altitudo per medium sulum $4\frac{1}{2}$ poll. accedit, quem in illo 5 poll. 8 lin. eadem facies teneat.

§ 41.

De Mastodontibus.

Exstat in Musaco zoologico (*Cat. Mus.* No. 89) rarissimum fragmentum crani anterior, *ossa scilicet immania intermaxillaria* (vide Tab. LVI et LVII), hucusque non bene descripta inque ipso scoleto *Ohioitico* (vide *Cuvier ossem. foss.* tab. 5. Tom. L.) ex parte carentia. Fragmentum itaque nostrum pretiosissimum non solum ex utroque alveolo dentis primoris, sed etiam ex parte maxillari

superiore constat, in qua ibidem foramen deprehenditur supramaxillare (Tab. LVII. a.), ultra 1 poll. latum et ad 1 poll. 6 lin. altum, e quo prodibant arteria nervusque supramaxillares, quod igitur, *Castoris* exemplo, sub parte orbitali in hac ipsa maxilla esse solet. Ubi foramen anteriora versus prodit, illa alveolorum pars excavato-plana est, nec convexa, quod solet in *Castore* aliisque consimilibus generibus; apicem versus uterque alveolus externo margine convexus est ac tertior; at supremo loco, quo uterque convenit, fossam constitut illam, quae probosciden ibidem excipiat. Haecce fossa in nostro specimine ad dimidium fere pedem patet, quam in media parte ad 4 poll. 6 lin. distet, margine utroque ibidem sensim multo acutior magisque prominulo; in extremo denique postico marginis fossae profundissimae denuo ad 5 poll. 6 lin., et quod excurrit, a se invicem distant: ibi quoque uterque paries marginum illorum 5 poll. altus est, ut itaque narcs hocce loco profundiores iam adpareant, et ad ima descendant; tota enim haec pars ibidem bene cognoscitur. Inde quoque in supremo utroque latero narium triangularis fere margo acutissimus adparet, eique utrinque supposita fovea (Tab. LVII. b.) incerti significatus, musculus fortasse proboscidis ligendis idonea, quae vero in sinistro latero repleta est *opalo ligneo* subnigro, medio tamen versusque anteriora ex flavidofusco, duritique media ac vitro nitore conspicua, quae igitur massa lapidea, ante procul dubio fluida, ibidem dum refricerit, solida facta est illamque foveam ex toto replevit. Idcirco quoque perhibendum est, os ipsum cuidam vi igneae fuisse expositum, quod iam e maximo eius pondere (65¹/₂ libras enim accedit, vide *Zool. mean special.* Tom. III. pag. 361) prodit: ubique enim metallicas particulac ferreac os penetraverunt idque adimplent, inque compluribus locis versus exteriora et ab inferiore massa ossea rufa et nigra adparet, in alveolis vero maximis nigerrima, ut ibidem quoque ignea vis, cui illud quondam expositum erat, bene pateat. Alveolorum autem dissepimentum ex

hac fortasse combustionē plane destructum est; ex nonnullis tamē vestigiis colligimus, id versus anteriora et superiora fuisse crassitudinis 4 fere pollicum, medioque loco attenuatum, inferiore demum parte fere duorum pollicum, quae vero omnia minus distincta sunt, quum propter destructum septum eius quoque limites non bene cognoscantur. Externus deinde ambitus mediū utriusque alveoli tres fere pedes tenet; anteriora versus certe minor est, in posterioribus tamen multo maior. Extremi cuiusque alveoli latitudo in interiorē cavo ultra 4 poll. 3 lin., altitudo vero 5 poll. 8 lin. accedit, ut itaque dentem primorem in tali enormi iam sub exordio alveolo maximum fuisse probabile sit; exitus enim utriusque alveoli 5 poll. altus et totidem latus est.

§ 42.

Ossa haec intermaxillaria fragmento maxillae superioris incumbunt ita, ut utriusque partis limites non cognoscantur; suturae enim singulae iam plane disparuerunt; belluamque grandeviae acetatis fuisse perquam probable est. Distinctae quoque speciei pertinuisse eadem videtur; nam ossa intermaxillaria multo magis incurva sunt quam *Mastodontis gigantei* *) illa, quae mollius deflexa adparent; quo lit, ut in nostro *Mastodonte Podolico* illa ossa in media parte superiore drepente ad imum flecantur ibidemque anteriora versus tumida adparcent, unde a latere inspecta tanquam clunium formam prae se ferunt, dum ipse supremus margo acutus in illam tumidam partem deformem construendam excurrit; ab hoc quoque loco fossa, proboscidi excipiendae idonea, ima versus latior fit et planior. Rarissimum autem hoc fragmentum gigantae bestiae antediluvianae effossum est in

*) Noster quondam Bojanus molarem tenebat dentem superioris maxillae, decem colliculis mammillaribus notatum, quem, prope urbem Podoliae Tultschin effossum, vel maxime contulit cum dente *Mastodontis gigantei* (v. Zool. III. p. 360).

Podolia prope pagum Rachnow lassowy, una cum eiusdem ponderosissimis ossibus, haud rite determinandis, scilicet cum 1) parte *scapulari*, plana, supera, dimidii fere pedis latitudinis, cellulosa, nigrique coloris, 2) *femoris*, quod videtur, fragmento, pedali, propter ferreas particulas, quas excipit, itidem ponderosissimo, subnigro, at ita mutilato et exiguo, ut vix bene definiatur, cuinam extremo femoris pertinuerit; 3) *ulnae*, ni fallor, fragmentis duobus, minus tamen conspicuis, ex rufo-nigris ac ponderosissimis; 4) *vertebrae* cuinam fragmento supremo capitali nigro ac celluloso, at minus bene determinando, et 5) cum duobus *cranii* fragmentis late cellulosis, nigerinis, nullo modo rite definendis, quum nimis exigua ideoque male conservata sint. Omnia quoque haec ossa vestigia prae se ferunt distinctissima combustionis, qua varie mutata, ferrisque particulis imbuta sunt, unde nimurum tam ponderosa et tantae duritiae adparent; ipsae ferreæ particulae iisdem colorem rufum et nigrum impertiebant, certissimum itaque indicium universae cuinam revolutionis illius regionis aut ignae cuiusdam eruptionis, qua belluac illac perierunt.

§ 43.

Aliud denique fragmentum *Mastodontis*, scilicet bene servata pars *maxillae inferioris* *Mastodontis intermedii* m. (v. Zool. I. c. pag. 361—2) in Musaco oryctologico Lycaeī quondam Volhynici servabatur.

Dentis postremi molaris colliculi transversi differunt ab illis *Mastodontis gigantei*, medianaque inter eam et *M. angustidentem* constituant speciem, nostrum *M. intermedium*.

Fragmentum illud (v. Tab. LVIII. a latere et Tab. LIX. a superiore parte) *maxillae inferioris* (non superioris, v. lib. meum: *naturhistorische Skizze von Lithauen, Volhynien* etc. pag. 239) sinistri lateris est, ultra pedem longum duobusque dentibus molaribus instru-

ctum, quorum posticus alter lere 6 poll. longus, et ultra 2 latus est et series 5 transversas collicularum plus minusve detritorum bene conspicuas offert; exinde areae usu obortae nec rhomboideae, nec angulo-quadratae (gall. *trefles* ab ill. Cuvierio dieuntur), sed teretes, vel angulo-teretes existent, interque series collicularum accessoriis passim conuli deteguntur. Postremac seu primae seriae colliculi duo (Tab. LVIII et LIX. *a*) approxinatimi, minimi, conici, parum detriti; iu-sequentis porro secundae anteriorem versus partem sitae seriei colliculi (ibid. *b.*) parumper maiores, laterales magisque detriti, intermediis aliis duobus intercedentibus plane evanidis, nec bene conspicuis ideoque haud rite definiendis; tertiae deinde seriae colliculi quatuor distin-ctissimi (ibid. *c.*), in semicirculo versus posteriora hiante dispositi, extremitis duobus multo maioribus, intermediis hisce quidem miioribus, at si cum prioribus conferantur, magnis quoque dicendis; quartae de-mum et quintae serierum (ibid. *d. e.*) colliculi maximi, duobus praeci-pue ambitu conspicuas in utroque latere sitis, intermediis exiguis non completis tanquam accessoriis, in illorum interstitiis obviis, omnibus vero usu detritis atque teretes areas constituentibus.

Ipsa quoque pars maxillaris ab interiori conspecta (Tab. LVIII.), singulos colliculos pollice latiores multoque longiores offert, intermediis magis remotis, quam extremis, in ipso apice adingatis.

Alterius dentis anterioris colliculi duo tantum mammillares ultra pollicem longi planeque detriti ac fracti adparent. Quodsi ex fragmento hocce inframaxillari concludimus, bestiam ipsam insolita magnitudine excelluisse probabile est; at colliculi dentis posterioris parum detriti, ut soli apices corunden usu depurandi, omnesque vero bases integrae sint, aetatem haud ita proiectam illi adiudicant, etiam si anterior dens utrumque colliculum ita detritum offerat, ut inde ambo confluenterint, nec distinctas areas prodant.

Maxillae inferioris fragmentum hoc e sinistro latere videtur; mar-go itaque externae faciei maxillaris male conservatae (Tab. LIX. *h.*) an-gustus procul incuncatos dentes molares monstrat, quum vero margo internae faciei (Tab. LVIII. *k. i.*) melius conservatae multo amplior adpareat ac latior, suamque vero planitatem, posteriora versus produc-tam, angustum, et fractam offerat, unde ibidem rite cognosci nequit. Postrema pars maxillaris extrema ultra unum fere pollicem post dentis insertionem conservata est, anterior vero sub ipso dente antico fracta, omninoque desperita. Inde quoque hieri potuit, ut hocce maxillare fragmentum, adeo incompletum, antea a me (*v. naturhist. Shizze* l. c.) bene determinatum, posthac sola icone fugace a me collata (nam ut ipsius ossis frustum, in Volhynico Lycaeо servatum, ad me mittatur, meis precibus impetrare non potui) memet in transversum egerit, ita, ut eaudem dein pro superiore maxilla (*v. Zoolog. III. pag. 361*) decla-raverimus; nunc vero, ab ill. Goldfussio in litteris monitus, genui-ni cuius significatum restituimus.

Speciosissimum hoc os, in Volhynico agro, haud procul ab urbe Kremenetz, ex humo effossum, unicum sui generis est.

§ 44.

De Dinothereiis.

Dinothereii fragmenta ossea hucusque per raro observata sunt in Rossia vastissima; hisce enim adnumerandi sunt dentes maxillae inferioris molares, quos ill. Pallas (*Act. Petropol. Tom. II. part. 2. 1777. pag. 213. Tab. 9. Fig. 4*) e montibus Uralensis descriptis. Erant ambo illi dentes imperfecti et radicibus orbi; „ex illo tamen alterius fragmento, inquit Pallas, dens iste videbatur medium coronae utri-que perfractae partem constituisse. Iuga transversa, quorum unum (l.c. Fig. 4. *a—b.*) integrum supererat, argute dorsata, medio demis-

siora, perque longitudinem totam inaequali convalle excavata (erat enim dens usu maxime detritus), quam vitrea substantia argute coronabat; ceterum moles corona, laterum convexitates continua extus vitrea substantia corticatae, incisurae inter iuga argutae, ab altera parte profundiores. In intervallo iugorum vitracae substantiae quasi gutta difflixit et obsoletum colliculum effecit, qui ut et ipsa quoque iuga attriti dentium oppositorum in vivo animali antiquatus atque laevigatus erat. Molares ambo reperti fuere in strato horizontali minerae ferreac arenoso-ochraceae induratae, quae ad rivum Schabusy, in inferiorem tractum albi fluvii (Bjelaja), ubi is iam in clementiorem regionem versus Kamam descendit, ab occidentali parte influentem foditur: in regione occupata collibus stratificatis argillaceo-cotaccis, quales secundum occidentalem declivitatem totius Uralensis iugis lata fascia calcaream marinam colluvium ubique contegunt, ossibus passim animalium exoticorum vastae molis, maxime vero lignis atque truncis arborum petrefactis, diluvianam originem indubie prodentes. Ambo in isto strato simul, simillimi atque haud dubie ex eodem animali comparates, simul varia admodum corrupta ossium fragmina reperta sunt, e quibus tantum unicum arcuatum, sesquipollicularis fere diametri, zygomaticis vel costae fractae simile repertum fuit.“

In ceteris adiecit ill. auctor: „non fuisse calcinatos dentes, sed adinstar ossium, in Gallia meridionali et Europa passim reliqua profundiribus in stratis repertorum, potius induratos, atque mineralisatos, substantia satis dura, vitreo cortice durissimo, fragiles extus, (praeter corticem sordido albore et politura perfectissima conspicuum, nec quidquam linguae adhaerentem) fusco-subcoeruleos, interior magis albidos, fuscis lineolis variegatos, quo in loco linguae tenaciores fuerunt. Ceterum odore peculiari ossium mineralisatorum solemnri peramoeno fragabant, neque dubium fere est certo igne adhibito in Turchesias permutari posse, quas omnino crudas ad amussim refrebant.“

Hisco igitur expositis, dentis illius Uralensis affinitas cum consili mi dente *Dinotherii proavi* m., usi cummaxime detrito et vix duabus lineis minore, ita patet, ut ille quoque eiusdem speciei *Dinotherii* ex eadem maxilla inferiore, perhibendus esset, nisi colliculus ille vi treus, inter utrumque iugum obvius, ipsi lateralí recessui profundo insideret. Multo denique notabilius est, illi quoque adfuisse colorem fuscum, e ferreis particulis exortum, eumque igitur igneae cuidam actioni quandam fuisse expositum.

Iam vero *dentes duo*, de quibus agimus, *Podolici* (v. Tab. LX. Fig. 1—5) e sinistro videntur latere maxillae inferioris, scilicet minor triungatus (l.c. Fig. 1—2) tertius, biungatus vero maior (*ibid.* Fig. 3—5) quartus; reperti sunt in Podolia districtu Iapolensi prope pagum Rachnow lassowy, una cum *Mastodontis Podolici* ossibus intermaxillaribus amplis; iisque, ferreis particulis imbuti, ponderissimi apparent; minor enim ponderis 2 libr. 2 unciar., maior 2 libr. 18 unciar. est, unde eos quoque igni fuisse expositos haud dubie conuic licet. Excepta enim substantia vitrea ex coeruleo-albida bene servata ac durissima, radices utriusque dentis ex fusco-nigræ, semidurae, splendoremque subvitreum offerunt, quae quidem externae notae *semipalpus* bene indicant. Alis vero in locis, ut versus interiora dentis triungati, lucidior deprehenditur color ex flavo fuscus, quem in ambitu externo niger persistat vel nigerrimus, quemadmodum in ligno fossili, vel sic dicto opalo ligneo, similis colorum varietas adscere solet, at e dentis linius radice multo minus, quam e ligno opalo, scintillas eliceres acie, propterea quod ille multo paucioribus particulis siliceis scatet. Radicum singularum fragimenta acuto-angulosa sunt, marginibus non transparentibus, et fractura eorum ex magno vel plano conchacea. Osca haecc dentis massa propter nigritudinem quodammodo *gagatum* refert, at omnibus notis potius convenit cum extraneo opalo, in quo arborum quoque trunci frequenter mutati reperiuntur. Idcirco

ill. Pallasius quoque memorat: dentes *Dinotherii Uralensis* insimul cum arborum truncis ferroque nativo repertos fuisse. In nostro itaque dente inter radices, nigro opalo omnino exstructas, massa obvni ochraceo-ferrea, dura, flava, arenae particulis intermixta.

§ 45.

Maior dens biungatus in corona longus est 3 poll. 7½ lin., et latus 2 poll. 8 lin.; maximi dein colliculi antici (Tab. LX. Fig. 4. h.) altitudo inde a limitibus vitreae substantiae (l.c. i.) ad apicem usque 2 poll. 2 lin. accedit; altitudo dein interni parietis vitrei ab eius inferiori limite (ibid. i.) ad externum usque marginem inter utrumque colliculum (ibid. k.) 1 poll. 1½ lin., altitudo deuique externi parietis vitrei ab inferiori limite eius (ibid. i.) ad supremum marginem mediae sovae externae (ibid. Fig. 5. L) 10 lin. ascendet. Dens ipse e serie postica secundus, ex antica vero quartus inferioris maxillae dextri lateris videatur, non superioris, quod pridem arbitratus sum, quam candem *Tapiro giganteo* Cuv. adsignaverim cumque tertio dente, etiam si omnino exiguo, *Tapiri vivi* (v. Cuv. l.c. Vol. II. part. 1. tab. 2. fig. 8.), perquam affini, contulerim.

Latus eius externum iuga transversa, totius fere marginis instar, detrita offert (l.c. Fig. 3 et 5. m. n. o. et p. q.), unde haec invicem confluent omninoque laevigata adparent; interiores colliculi ambo maximi (ibid. g. h.) minime usu detriti inque apice fere integri adparent. Qui vero colliculi ex toto conferendi sunt cum iisdem apud ill. Cuvier (l.c. tab. 2. fig. 8) delineatis maioribus aliis *Tapiri americani*, quo maxima buius belluae affinitas cum illo giganteo *Dinotherio* patet: anterior in ceteris parum altior est posteriore, multo breviore: ambo dein parum antciora spectant apicibus, quum radices potius posteriora versus accedant: distant denique ambo colliculi in apicibus unum fere pollicem. Iam vero internus margo colliculorum

laevis omnino integrus et albida substantia vitrea nitente compositus; ubi vero apices colliculorum in illam iugi transversi declivitatem angustam descendunt, utriusque iugi margo usu detritus est (ibid. p. q.) inque extremo latere externo in areas subrhombicas (ibid. v. u.) excurrit. Quibus vero arcis exteriora versus antepositi sunt detriti margines (ibid. m. n.) lati, invicemque confluentes (ibid. x), qui medio hoc loco eminenti convalevit profundissimam, ad 1 poll. 2 lin. descendenter interque maiores colliculos sitam (ibid. y.), ab externa altera, haud minus profundum recessum constitutae (ibid. d.), sciungunt.

Margines dein extremi, cum anterior, tum posterior, sibi invicem sat similes, ab invicem tamen quodammodo recedunt; posterior ille (ibid. Fig. 3. c. c.), 1 poll. 5 lin. longus, totus rectus, in superficie inaequalis et aspero-tuberculatus, usu minime detritus est; ubi dein ad posticum colliculum accedit, inter utrumque recessus, ad 2 lin. profundus et eiusdem eum margine illo longitudinis, obvenit; ubi vero ille colliculus exteriora versus in aream rhomboideam (ibid. Fig. 3. u.) excurrit, in declivi parte marginali detrita area altera lunaris (ibid. r.) conspicitur, quae minus profunda minusque lata ad basin colliculi illius et marginis extremitati crenato-tuberculata sita est. Sub hacce denique area postrema versus ima profundior occurrit sovea (ibid. f.) terminalis, minus insignis.

Anterior denique margo extremus (ibid. b. s. t.) magis prominet postremo, propterea quod recessus inter eum et colliculum maiorem profundior est et amplior; in medio enim 5 lin. ad imum descendit, quum in lateribus contra sensum planior minusque profundus adpareat, omninoque aliam indolem exhibeat, quam posticus recessus. Margo ille duabus locis (ibid. s. t.) interioris paginae profunde incisus et superne oblique detritus est, quo latitudo eius maior sit, quam posterioris marginis extremiti. Anterior quoque margo versus exteriora iugo quodam exiguo intercedente cum maiore area rhomboidea (ibid. v.) al-

terius colliculi maioris ita connectitur, ut utriusque cum colliculi, tum marginis extremi basis sub specie areus elevati invicem iungantur. Eodemque in extrema pagina externa incumbit fovea (*ibid. e.*) parum profundior illa altera (*ibid. f.*), superiore loco a nobis exposita; illius vero margo inferior ibidem multo distinctior est magisque prominulus, unde ipsa fovea insignior adpareat. In ceteris extremis ille margo anterior, posterior instar, colliculum aliquem accessorium constitut; sicuti ipsae areae, cum rhomboideae (*ibid. v. u.*), tum lunaris (*ibid. r.*), et detritione parvulorum quorundam collicularum exortatae videntur: quorum scilicet exiguum, maioribus illis internis oppositorum, mentionem ill. *Cuvier* (*I. e.*) iam fecerat. Excipiunt autem areae utriusque maioris (*ibid. v. u.*) margines (*ibid. m. x. n.*), usu perquam detriti ideoque latiores, intermedium aliquem recessum amplum (*Fig. 3—5. d.*) ac profundum, cuius inferior margo (*ibid. L.*) ab inferiore substantiae vitreae parte (*ibid. z.*) ad 8 lin. distat, versusque posteriora et superiora parumper detritus est.

Ubique dentis corona integra, laevis ac nitidissima est; eiusque partes detritae sunt: margo dentis anterior, iugum dein transversum, cuius tres areae (*ibid. v. u. r.*) bene conspicuae, cuiusque margines, extiores praesertim, oblique laevigati sunt, margo denique intermedi recessus maximus posterior (*Fig. 3. 5. y.*), penitus usu detritus, porro colliculi posteriori margo posticus et quodammodo quoque internus anticus, multo tamen minus detritus, ita ut dens ipse, si cum tertio molari, de quo statim sermo erit, conferatur, alias fortasse individui fuisse *) videatur. In ceteris totus albidus est, excepto extremo margine postico, subcoeruleo, nitidissimo ac durissimo. Radices dentis

*) Maxime affinis est dens alteri cuidam, secundo a parte posteriore, in maxilla inferioris fragmento sinistri lateris infixo, quem cel. *Kaup* (*ossem. foss. cah. I. tab. 5. fig. 1.*) ex Austria descripsit.

duae oblique parum postrorsum conversae plane nigrae ex ligneo opalo nunc quidem omnino extrectae.

§ 46.

Alterum dein dentem, eodem in loco cum illo reperitum, (*Tab. LX. Fig. 1 et 2*) pridem (*v. Zoolog. l. c. III. pag. 360*) pro dente *Mastodontis gigantei* habui, quum *Cuvier* et *nae tabulae* memet in transversum egerint; nunc vero, meliora edocutus, eundem cum *Dinotherii proavii* dente contuli, eique consimilem dentem, ab ill. *Pallasi* descriptum, associavi. Qui vero dens tertius maxillae inferioris sinistri lateris, ad radicem usque fere detritus, videntur, ut areae inde subrhombae tres latissima loco collicularum deprehendantur. Anterior area (*Fig. 1. a. d.*), omnium maxima et latissima, marginem utrinque in medio unum fere pollicem ab invicem distantem offert; longitudine eius, quoque servata est, ad 2 poll. 2 lin. accedit, crassitie integri marginis externi non computata; internus margo fractus est. Intermedia dein area (*ibid. b. e.*), omnino integra, longitudinem eandem offert, latitudinem vero 10 poll., unde parumper angustior adparet illa priore; forma quoque eius oblongo-ovalis est, extrema tamen parte utraque parum latiore, quam in illa, cuius externus margo perquam coreatus est et elevatus. Tertia denique area (*ibid. c. f.*) omnium minima, 1 poll. 11 lin. longa, medio coreata et vix 4 lin. lata est; ubi vero versus interiora dilatatur, ad $\frac{1}{2}$ poll. hiat, ipso margine non computato; forma huius areae oblonga ac irregularis, et parumper altius sita illis superiori loco commemoratis, unde quoque ipse colliculus posterior (*Fig. 1. c. f. Fig. 2. c.*) usu minus detritus minusque fractus est.

Tota dentis huius longitudo fere 4—pollicaris; latitudo vero 2 poll. 7 lin. accedit. Colliculi posterioris (*ibid. Fig. 1. c. f.*) altitudo, ad marginem internum inde a basi vitreae substantiae ad summum apicem detritum 11 lin., eadem ad extermum marginem 1 poll. 2 lin., apice

dentis colliculi ibidem minus detrito. Externus dein margo anterioris colliculi (*ibid. Fig. 2. a.*), parum ibi detriti, 1 poll. 6 lin. altus est, internus vero multo magis detritus ideoque multo profundior est. Inter areas illas rhombreas utrinque duea obvenient foveae (*Fig. 1. g. i.*), in externo margine et interno (*ibid. h. k.*) satis profundae; posteriores parumper profundiores, propterea quod colliculi ibidem minus detriti sunt, indeque propter altiores horum margines foveae et ipsae prolundiores adparent. Foveae vero utriusque marginis media quadam eminentia (*ibid. m. n.*) ab invicem dirimuntur.

Color dentis ex coeruleo albido, ipsae areae particulis arenulae ferrois passim adpersae; radices duea validae posteriora versus spectant, postica earum multo maiore, amplissima, in antica facie media profundam ostendente foveam, qua duea tanquam radices ibi adparent; antica vero radix minus crassa est medioque loco, illius instar, ampla fovea notata. In ceteris totae radices nigrae vitreo-nitentes, plano-conchacea fractura notatae, et ex atro opalo lignoo exstructae, quocirea dentis massa genuina nullibi cognoscitur, nam opalum in eius locum cessit. Talis quoque nigra massa lapidea, dempta vitrea coronae substantia, ubique sub ea corripitur, quae vero omnia probant, dentem igni cuiudam vulcanico expositum fuisse.

Similis quodammodo dens delineatur apud cel. Kaup (*ossem. foss. cah. I. tab. 5. fig. 9*), minus tamen usu detritus, unde quoque areae omnes minus latae conspiciuntur; noster triugatus, huius instar, illum bicollarem, superiore loco a nobis descriptum, si ciudem individui fuerit, proxime secutus videtur, ideoque cum illo ciudem maxillae est. Simillimus denique eidem est dens *Uralensis* Pallasii, nisi quod auctor parvulum colliculum, e vitrea substantia guttae instar exstructum, in anteriore fovea marginali descripsiterit, qui scilicet in omnibus hucusque notis dentibus *Dinotherii* penitus desideratur; niger tamen color notaeque reliquae ad anumsum in nostrum specimen quadrant.

§ 47. De *Rhinocerotibus fossilibus.*

Ossa *Rhinocerotum* fossilia in Lithuania minus frequenter occurunt, quam in ulteriore Rossia orientali, Sibiria, ipsaque Volhynia, ubi integra quondam obvenerant crania, quae hodie in *Lycaeum Volhynicum* servantur; neque tamen desunt id genus fossilia in Minskensi provincia. Exinde scilicet allatus est dens (*v. Cat. Mus. No. 68*) *Rhinocerotis*, qui nobis pridem visus est dexter antepenultius maxillae superioris, quem nunc quidem, meliora edocet, pro quanto lacteo superiore sinistri lateris designatum.

Huius itaque dentis (*Tab. LXI. Fig. 4-7*) forma subquadrata est, ideoque 4 parietibus circumdatur; maximo scilicet et latissimo externo (*ibid. Fig. 5. b. c.*), 1 poll. 3 lin. lato, non computato eundem accidente anteriore pariete (*ibid. a.*), quo simul sumpto ille anterior 1 poll. 7 lin. latitudinis offert; longitude eius inde a basi vitreae substantiae ad apicem usque (*ibid. p. b.*) 2 poll. 4 lin. accedit; quae denique pagina ibidem duplice sulco longitudinali notatur, quum praeterea aliis sulcis profundissimus externum huncus parietem ab anteriore dirimit. Anterior scilicet alter paries (*Fig. 7. a. d.*) ad basin 1 poll. 8 lin. latus, ideoque parumper latior est illo externo, multo tamen brevior eodem, ita ut a basi vitreae substantiae ad summum apicem viximum 1 poll. 9 lin. accedit; tota haec facies incurvo-plana, medio itaque convexa, et anteriore versus profundo quadam recessu (*ibid. Fig. 7. q.*), ad imum tendente, nec non eminentia quadam semilunari (*ibid. r. s.*) transversa instructa est. Apex marginis superioris coarctatus (*Fig. 4. a. d.*) aliquantum versus exteriora incurvus et superne detritus est, quo fit, ut *ibidem* (*Fig. 4. t.*) area longitudinalis angustissima conspiciatur. Tertius porro paries posterior (*ibid. Fig. 6. c. e.*) planus 1 poll. 2 lin. latus et 1 poll. 4 lin. altus est, si nodulus (*ibid. n.*), eidem superne impo-

situs, calculo adiicitur. Quartus denique interior (ibid. Fig. 4. f. d.) omnium minus omninoque inaequalis est et subteres, atque vix dum 1 poll. latitudinem offert; altitudo vero 10 lin. accedit, si a basi vitreae substantiae ad marginem recessus supremum (ibid. m.) computatur. Ipse quoque paries anterior laterali sua parte ad illum descendit eiusque ambitum anget, unde multo minor sine eo adparcat necesse est: idem denique evenit posteriori parieti, unde interior alius potius partibus extratur, et minime per se exstat.

Qui vero omnes colliculi, in basi dentis ossea exorti, ubique vitrea substantia involvuntur, nec nisi apices eorum detriti apparent. Colliculorum scilicet illorum unus quasi bigeminatus [arcæ enim, cum triangularis (ibid. Fig. 4. g.), tum semilunaris (ibid. h.) exiguae cunctem componunt] summo exstruitur apice externi marginis; secundus deinceps apice anterioris marginis (ibid. t.), quo area multo longior ibi evanescitur; dum ambo margines sub acuto angulo concurrunt, ipsi colliculi sulco aperto fere bilineari ab invicem distant. Tertius denique colliculus, in supremo apice (ibid. z.) marginis interioris situs, vix aliquantum detritus est, at quam anteriora versus et posteriora hic margo recta protendatur, in media dentis corona ita bifureatur, ut utrumque eius crus, convallum satis profundam (ibid. L) includens, versus marginem externum excurrat, cique figuratur. Altera quoque vallis (ib. k.), etiamsi fortasse minus profunda, at certe amplior, illi ab interiore adposita est, eamque margo externus, posticus deinceps et internus conscribunt. Radix dentis plane irrecta est; nigra ceterum extus, intus vero flavida est marginemque potius inferiorem constituit, omnino fractum, quo præprimis probatur, dentem lacteum suisse.

§ 48.

Servatur denique in Musæo zoologico (*Cat. Mus.* No. 51) inferior pars femoris dextri *Rhinocerotis* (Tab. LXI. Fig. 1. 2. 3.), ex

incerto Lithuaniae loco effossa, adeoque ponderosa, ut librarum 10 $\frac{1}{2}$ ponderis sit; massa eius, pristino aevio ossea, nunc quidem penitus lapidea, omnes partes animales plane amisit et ubique calcarea adparet; in fracto scilicet loco eius supremo (ibid. Fig. 3. a.) spathi calcari exiguae crystalli congregatae deteguntur, ut quoque hoc os igni quondam expositum fuisse prohibere liceat. In ceteris fragmentum ipsum 8 poll. longum est et dimidium pedem latum versus posteriora supra utrumque condylum; specimen itaque maximum fuisse, dum vivebat, verosimile est; latitudo deinde 8 poll. in laterali parte interna, inde ab extremitate condyli interno ad extreum usque apicem faciei articularis, pro patella excipienda adaptatae.

Ubi vero corpus fractum est, crassities eius ab anteriore ad posteriorem partem fere 2 poll. 4 lin. habet; ab interno latere ad exterum integro pollice maior est; si quidem haec pars cum extrema duplo fere crassiore comparatur, corpus ossis dercente fere attenuari patet. Uterque deinceps condylus posticus magnitudine sua et latitudine sibi fere invicem similis est et ultra 1 poll. 1 lin. ab invicem distat, quod ab *Elephantino femore* alienum omnino est. Longitudo deinceps interni condyli ultra 3 poll. 6 lin. accedit, externi illi nonnullis lineis minor est; latitudo illius 2 poll. 2 lin. in externa facie articulari, huius vero ibi multo minor est; qui denique in medio loco eandem fere offert latitudinem; ille parum ulterius descendit, hic aliquantum altius situs est; propterque maximam utriusque condyli distantiam latus quoque poples est.

Eiusdem deinde molis conspicuae facies est articularis anterior pro patella excipienda, e dupli quoque tubere exstructa, quorum sinistrum vel internum multo maius et altius est dextro vel externo; altum est illud 4 poll. 9 lin., et latum superne 1 poll. 6 lin., hoc vero longum 3 poll. 8 lin., et 1 poll. 4 lin. vixdum latum; laevissima lacies articularis a superiore profundam accedit soveam, inter duo crura, ab

illa utrinque descendentia, sitam. Internum denique latus ossis femoris inaequale est, et externi instar asperum; at ubi internus condylus ab eodem posteriora versus proficiscitur, conspicua deprehenditur protuberantia, que mole sua multoties superat aliam externi lateris vix conspicuam.

Superest postremo memorari, hocce femoris fragmentum quoad notabile pondus cummaxime accedere ad ossa *Mastodontis* et *Dinotherii*, e Podolico agro eruta, unde illa fortasse ex eodem aevo antediluviano orbis terraquei cum hisce esse potuissent.

§ 49.

Frequentissima ossa *Rhinocerotum* reperiuntur una cum grandioribus eorum *cornubus* in ulteriore Sibiria orientali, ad ripam maiorum fluviorum, quorum iam duo ab ill. Pallasio (*novi Comment. Acad. Petrop.* T. XII. tab. 10. fig. 4 et 6) delineata et descripta sunt.

Mihi quoque Casani adhucdum degenti oblatum est cornu grande bene conservatum, cuius iconem, dimidia magnitudine delineatam, hic evulgare constitui, propterea quod figurae illae Pallasianae tum a nostra recedunt, tum minus quoque rei naturae congruae videntur. Attulit vero hocce medicus, e sibirico itinere per mare glaciale cum expeditissimo praefecto navis Wrangelio redux, qui idem cum integro cranio *Rhinocerotis tichorhini* ad parvum Anui fluvium, prope Nishnei Kolymsk Kolymam anueni petente, 120 leucas rossicas ab huius itaque ostio, effossum esse narravit. Rivuli enim ac fluvii minores aestate glacie solvuntur, e soluta nive in montibus sylvisque rivi nascuntur, qui mox in flumina redoucnt vere intumescent, glaciem humumque in ripis divellunt atque eruunt, ossaque patela- ciunt, quae dein a venatoribus aliquis hominibus, primores dentes *Elephantinos* inquirentibus, reperiuntur et colliguntur. Omnia certe frequentissimi molares mammontoi dentes offenduntur, quorum

vitreia nimurum substantia indelebilis est; disruptae vero laminae vitreae tam frequenter ibi obviam veniunt, ut centenis quibuslibet passibus dens denuo occurrat. Femorum autem ossa et vertebrae multo rariores subrepunt; pleraque abscondita latent in humo argillaceo arenosoque; ad ripas horum fluviorum *Populi tremulae* imprimis proveniunt.

Cornu itaque, de quo agimus (Tab. LXII.), altae cuidam acutaeque cristae nasali tumidae ipsi apici maxillae superioris quam proxime insidebat; quae scilicet angusta crista, ad 3 poll. longa, in pollicari vixdum distantia ab extremo osse nasi concreto incipit; versus posteriora os nasi laevissimum est ibique cornu fibebatur; in latere dein utroque ossium nasi multae protuberantiae et asperitates oscae proveniunt, quae omnes cornui illo figendo inservisse videntur. Ipsum cornu tribus pollicibus brevius erat cranio, et totum e setis cornelis densissime stipatis intimeque agglutinatis componitur, ita ut eadem ab inferiore parte extrema versus supremam decurrant; hinc inde tamen minus conspicuas setas et tanquam coartatae adparent, quocirca setosa tex- tura hisce in locis non obvenit, et facies ibi aequalis et lacvis videtur. Ad margines setae subtiliores densioresque adparent, structuraque planior ac laevior videtur. In extrema parte inferiore excavata (Tab. LXII. Fig. 2, naturali magnitudine delineata) cellulosa textura deprehenditur; tenuissimae cellulae parvula manifestant interstitia, inter sinuulas setas cornelas obvia, quae in inis e destructa massa cornea prodicunt. Tota denique facies excavata sulcum efficit longitudinalem, sa- tis profundum, quo cornu ipsi cristae nasali incubuit.

In ceteris cornu planissimum est; longitudine eius ad 2 ped. 3 poll. accedit, latitudo vero, variis in locis varia, 8 pollices excedit, ubi latissimum est; at crassities vix pollicaris. Utraque pars lateralis parum latior est, vixdum incrassata; illa rotundata, hacce acutiore, nec de-

trita, sed integra; rugae transversae 19 numerantur ut itaque totidem annorum bestia fuisse probabile sit.

Rhinoceroti huicce *tichorhino* unum absque dubio cornu adfuisse videtur, propterea quod alterum nec ullibi repertum est, neque in crano sese signo aptum locum invenisset.

Narrant denique de aliis cornibus, habita cum illo relatione giganteis, ut fere fabulosa dicunt: retulit mihi quoque ipse medius expeditionis Wrangeliana de cornu, ultra 2 orgyas longo, immensi, angusto tamen, inque antico margine exciso, quod ad 200 leucas rossicas ulterius in oriente prope Scerdnei Kolymsk ad Wetkinam turgurium, ubi piscaturae operam navant, repertum, adhucdum exstare dicunt, cumque eo ibidem adsesse tria crania, vix solitus maiora.

Illud itaque longissimum cornu vix *Rhinocerotis* fuisse videtur; ideoque id potius ad *Antilopem* quandam, ut *A. orygem*, attinuisse perhibendum est, de cuius cornu fossili iam ill. Pallas (l.c.) mentionem iniecerat. Incolae denique ipsi cornua *Rhinocerotum* propter figuram massamque corneam haud absitilem pro ungibus cuiusdam avis giganteac ipsunque cranium pro capite aviculari venditant: inde de iis He de nstroemii fabulae vulgabuntur.

§ 50.

Appendix.

De Carnivoris aliquis vertebratis animalibus fossilibus.

Haec fere sunt, quae de ossibus grandiorum *Mammalium* ex ordine *Pecorum et Pachydermorum* nostrarum provinciarum adnotavimus; in universum itaque reliquias corum fossiles rarae dicendas, at multo rariores dicas residua fossilia *Carnivororum*, *Rosorum* aliorumque id genus animalium; quae nimurum novissimo meo itinere in Volhyniae stratis nonnullis tertiaris detecta sunt. *Carnivororum*

igitur reliquiae quaedam osseae, ad supremam partem *ulnae felinae*, forsitan *Cati* pertinentis (Tab. LXI. Fig. 8.9.), a me ipso repartae sunt in arena marina formationis tertiariae Volhyniae prope pagum Shukowce, earumque mentionem iam alibi *) iniecinus, ubi quoque reliqua marina animalia videsis, quibuscum illae reperiuntur. Quibus itaque conchis et cochleis numerosissimis, nitidissimoque colorum lusu notatis, adsociata cornuntur rariora ossa illa ferorum animalium exiguum, ut id genus *ulna Cati*, cuius fragmentum 1 poll. 10 lin. longum, mediaque parte compressa 1½ lineam crassum est; latitudo eius ab antica parte ad posticam camque fractam non bene patet; caput dein ulnare 9 lin. longum, et prope exordium 3 lin. crassum est; processus eius coronoideus et anconaeus cavitate sigmoidea, ad 4 lineas lata, ab invicem distant. Crassis a postica parte capituli ulnaris prope originem processus coronoidei ad huius apicem usque 5 lin. tenet ipseque processus 1½ lin. ulnam in antica pagina excedit. Talis quoque crassis processus competit anconaeo, qui a cavitate sigmoidea 4 lin. ulterius defertur inque suprema parte postica excavatus est, quo duo oleerani margines prosiliunt.

Ulna itaque haec sinistri lateris cum illa *Cati* domestici, a qua subtilioribus vixdum notis nonnihil recedit, sexun forsitan acetacervae variam indicantibus, cummaxime conferenda est, huiusque bestiolae vitam coactaneam cum illis marinis conchis confirmat; ceterum ulna plene exsiccata est et albida, minimeque fragilis, sed duriuscula, propterea quod remotissimo aevō terrestri iam a marina arena obruta latuit. *Felis catus*, quae sylvas pristinas antediluvianas habitavit, subtilioribus quibusdam differentiis a domestica hodierna specie certe recessit, nam licet caput ulnare eadem excellat cavitate sigmoidea, quae utriusque processus instar eandem omnino formam offert, tamen non-

*) *Naturhist. Skizze*, l.c. pag. 66.

nihil latior est vivi *Cati* ulna, ab antica parte acutiore ad posticam, et ubivis foveas profundiores deprehenduntur et maiores, ipsique processus distinctiores.

Aliud denique frustulum ossum (Tab. LXI. Fig. 10.) fossile legi in alia quadam regione Volhynica, prope pagum Bielka, ubi similis quoque marina formatio tertaria provenit, inque ea consimilia scatent genera concharum et cochlearum. Cuiusnam vero bestiolae os id fuerit, minus bene patet, propterea quod aliqua tantum pars media subtriangularis, in altero latere gibberosa, sese mihi obtulit, e qua nihil certi concludere licet; in ceteris durissimum est fragmentum hoc tubulosi cuiusdam ossis sereque lapideae conformatioonis, duritieque illud, superiora loco descriptum, multoties superat; canalis satis angustus id percurrit, eiusque parietes cellulosi ac crassiores aliquod fragmentum *tibiae* supremum manifestant, quae scilicet eadem forma trianguli conspicua, illius instar, esse solet. — Quod vero fragmenta ossilia *) maxillae inferioris *Rosoris* cuiusdam aliorumque id genus ossium spectat, in argilla tertaria Lutzkiensi ad ripam fluminis Styr a me quondam reperta, in eodem itinere frustula hacte rariora denuo amisi casu fortuito, nec plura de iis securitate aliqua adiucere possum, quam quae alias de iis dixi.

§ 51.

In eadem arena tertaria Shukowensi aliud a me repertum est ossiculum (Tab. LXI. Fig. 11. 1. 2.) elongatum ac tenue, utraque parte extrema tumida, et ex duobus tubis osseis conflatum, quod scilicet *tibiam* et *crus Ranae* coniuncta sistit. Bestiolae annuae ossicula finis evidenter, quam longitudine 8 linearum hisce adsit et crassities extremae cuiusque partis vix unam lineam accedat mediaque pars di-

*) *Naturhist. Skizze*, l. c. pag. 46.

midio tenuior sit. Tubulosa tamen utriusque ossis, cum tibiae, tum cruris conformatio adhuc bene distingui potest.

Num distincta fuerit species et a nostra *Rana temporaria* aliena, vix ex hocce ossiculo consequi potest; id tamen memorandum superstet, in nostratis *Ranis*, dimidio adiucendum minoribus, ossicula illa, tibiam scilicet et crus, ita iam esse concreta, ut nulla fere, saltem minima tantum, direptionis eorum vestigia adpareant; idcoque fossilis haec *Rana Volhynica* grandiore forsitan excelluit corpore, dum acta-tem proviectorem ageret, quod saltem c diremptis ossiculis illis tubulo-sis sequeretur.

Si ab hisce dein recedimus ossium quibuslibet fragmentis, distin-ctas scilicet partes ossium sive *Mammalium*, sive *Amphibiorum* denotantibus, alia quoque ossicula, quod videntur, mihi obviam ve-nernunt in arena Shukowensi, ditissima fossilibus animalium exuviis; at ita minuta et extraneam aliquam formam monstrantia, ut quibusnam bestiolis ea pertinuerint quandam, non facile dixerim. Haud parva eorum est copia in strato illo arenaceo marino, omnia vero ita fracta, ut nec genus, nec ipsa classis animantium definiri possit. Alia nimirum (Tab. LXI. Fig. 12.) tertium vix lineac partem crassa, parum in-flexa extremanque versus tumida, at plane fracta sunt, extremo utro-que non integro; ipsum ossiculum passim ultra lineam unam alteramve longum, tubulosum videtur, et tamen cuiusnam fuerit significatus, non bene patet. Alia quoque fragmenta minutiora illis obveniunt, pili vix crassitatem exsuperantia, binasque lineas longa, tumidaque altera parte extrema notata, quae fortasse ossicula auditus *Ranae* aliorumve Amphibiorum, ut *Serpentum*, columellam scilicet tenuem, reser-ve videntur.

Ossiculum illud (Fig. 12.) ultra 2 lin. longum, tenuissimum, al-bissimum et fragillimum, altera parte extrema tumida in geminum quo-dammodo processum excurrit, altera vero rotula circulari tumidaque

instruitur, qua extraneam omnino ossium formam exhibet, propterque tenuitatem maxime accedit ad id genus auditus ossicula, nisi tubulosum esset. Propter summam tenuitatem non nisi maxima cura et animi attentione ex illa arena colligi possunt; nec nisi plurimum librarium ponderis arena unum altercumve horum ossiculorum manifestat.

In consimili denique arena tertaria Podoliae prope pagum Krzywczyk distinctiora subrepunt ossicula auditus *Piscium* (Tab. LXI. Fig. 13. a. b. Fig. 14. a. b.), quorum scilicet maxima 3 lin. longa et $\frac{1}{4}$ lin. lata sunt, dimidiata vero lineam crassa; minora alia cum iisdem reperiuntur, illis planiora. Quorum altera facies plana margine crenato, altera vero parumper convexior medio sulco longitudinali notatur, ut itaque cum eodem conferas ossiculum auditus, sive asteriscum, in sacco vestibuli piscini situm, cuius quoque indolem subocruleo-transparentem et duram referunt; iisdem sagitta parvula incumbe solet recenti statu, a nostris fossilibus plane aliena. Id genus ossicula auditus nec nisi serncl mili si se obtulerunt in arena Shukowensi, de qua formatione iam superiore loco frequenter sermonem inieciimus; pluries vero in Tarnarudensi Podolica, in qua cum frequentiora, tum maiora id genus ossicula reperiuntur.

Aliorum tamen ossium *piscinorum* fragmenta nullibi cum illis asteriscis auditus obvenerunt, neque ipsos dentes *Squalorum* excipias, quos alii in locis Volhyniae, procul ab illis, frequenter colligere licet.

§ 52.

Excepto scilicet palato osse *Anarrhichae lupi*, nitidissimo rassisimoque specimine, in Lycae quondam Volhynico servato, quadrangulari, ultrapollicari, sulcisque parallelis profundioribus inferne notato, dentes *Squalorum* saepenumero grandiores in variis Volhyniae locis reperti sunt.

Adnumerandi hisce sequentes, forma quodammodo insolita notabiles:

1) Dens omnium maximus (Tab. LXIV. Fig. 1), 2 poll. 6 lin. altus et in medio 1 poll. 6 lin. latus, basi certe multo latiore, in specimine tamen illo fracta, ideoque non conspicua; cuius denique margines sunt crenati et apex acuminato-obtusus est.

2) Alter dens (ibid. Fig. 2) ultra 1 poll. 9 lin. longus, medio 9 lin. latus, at multo latior in basi, quae 1 poll. 4 lin. excedit; crassitie pa-rumper inferior illo priore.

3) Tertius deinde dens multo brevior illo, inferne latior quam apicem sensim attenuatum versus, 10 lin. longus, medio 4 lin. latus ad basiu, ultra 8 lin. latam, eidem incumbit ab altero latere denticulus brevissimus, a quo apex dentisaversus oblique sursum inflectitur; in ceteris margines integri, nec crenati, et facies dentis laevissima.

4) Quartus porro, multo tenuior illis, 4 lin. latus, at 1 poll. 2 lin. altus, apice acutissimo; species *Squali* certe alia voracissima.

5) Quintus denique dens, omnium reliquorum tenuissimus, 1 poll. 4 lin. altus, medio fere 2 lin. latus est; isque ab initio introrsum, donec extrossum flectitur, nec itaque rectus est, apicemque versus sensim acutissimus adpareat et attenuatur.

6) Exstat postremo in *Musaeo nostro oryctologico* (v. *Zoolog.* I. pag. 132) dens *Squali*, in pyromacho nigerrimo fixus (Tab. LXIV. Fig. 6. a. b.), ultra 1 poll. longus, medio fere 6 lin. latus, basi certo latior, a qua sensim adscendens, coarctatur, medioque nonnulli dilatatur, ac tandem versus apicem obtusiusculum magis magisque attenuatur; ceteroquin dens subrectus est, nec nisi apicem versus inflexus; eiusque acuti margines utrinque integrerrimi. Forma a facie interna sagittaeformis (ibid. a.); ab anteriore vero parte (ibid. b.), oblique posita, linguaeformis videtur.

Vilnae, Idib. Sept. MDCCXXXIII.

Additamentum ad disputationem de Ossibus fossilibus,
in Lithuania, Volhynia et Podolia erutis.

E Polonia novissime advecta sunt Petropolin complura ossa antediluvianarum plerumque belluarum, quae, in Musaeo zoologico Academiae Scientiarum Petropolitanae servata, equidem nuperime, dum Petropoli adfuerint, accuratius perlustravi, quorunque aliquam mentionem ad calcem nostras disputationis de *fossilibus* id genus bestiis Polono-Rossicis iniicere licet.

Inter haec igitur primo recenteatur inferior maxilla *Rhinocerotis tichorini*, prope urbem Kamieniec Mazoviensem e sinistra ripa Bugi fluminis anno MDCCXI eruta, cuius pars lateralis sinistra qua tuor, dextra duos offert dentes, postremos minores. Utraque pars maxillae lateralis in anterioribus fracta et dimota, extremos processus posticos distractos et ipsos ostendit. Integrum fore aliud cranium eiusdem *Rhinocerotis*, ad 2 pedes longum, e Polonia missum, absque inferiore tamen maxilla, dentesque complures molares sciuncti in eodem Musaeo servantur.

Neque minus memorabiles sunt dentes molares duo maioris cuiusdam *Suis* fossilis, ut itaque feram bestiam nostratem magnitudine multo excessisse verosimile sit: ultra pollicem longi detritos quidem apices, at coronam ostendunt, cum illa feri *Suis* omnino congruam: qui dentes, fortasse penultimi, duabus radicibus notantur longioribus. His quoque subiungas lanarium aliquem dentem, semicirculi instar incurvum, consimilis fore bestiae *suilli* generis eunque grandiorem, e loco incerto Poloniae cum aliis illis erutum.

Iam vero commemorentur dentes aliaque ossa fossilia *Cervini* generis et *Bovini*, grandiora scilicet cerata *cervina* latissima eaque ponderosa, ferreis particulis imbuta, digitatis processibus novem bene servatis, aliis vero duobus fractis, ut vix ac ne vix quidem recedant ab

illis *Alcis*; basalis deinde pars ceratis calcinata et *Capreoli* eiusmodi aliqua pars cum ipsa basali, aliaque id genus pars *Elaphi* *) male servata.

Quibus praeterea addas integrum processum sinistri lateris cornigerum *Bovis primigenii* Boj, quem cum ill. Cuviero proavum *Tauri* habemus, cum aliquo cranii eiusdem frusto, e fluvio Wieprz prope Dranzkowie pagum anno MDCCXIX effossum vixque tertiam pedis partem longum; porro cranium *Bovis* consimilis, in regione frontali ultra pedem et quod excurrit latum, at multo minus convexum, quam illud *Uri prisci* Boj, qui viventis adhucum *Uri* antediluvianum aliquam stirpem attestatur, locoque eo, quo in postremo supra orbitam infraque processum cornigerum medianum versus frontis partem aliquae notantur eminentiae, in illo residuo polonico notabiles occurunt recessus; ceteroquin cornigeri processus breviores, at crassiores sunt et incurvi, quales *Uri* solent esse.

Quibus exceptis Academicum Musacum servat magnum cranii frustum cum sinistro processu cornigeru *Bovis primigenii* prope urbem Kalisch e fluvio Posnie effossum; nec non aliquam occipitalem partem cum orbitalibus et iugalibus processibus longisque aliis cornigeris, quae vero fronte omnino plana ab illo differt *Uro fossili*, cuius craniorum numerosa exempla, e Sibiria advecta, nuperime in Musaeo Academicо investigavi.


*) E Lithuaniae regione Pinskensi nunc quidem teneo occipitalem partem *Elaphi* bene servatam et congruum cum eadem crani *Elaphi* parte prope ripam Hyanis (non Tyrae) amnis eruta (v. § 7 et 12). Nuperime quoque nitidum accepi dentem *Squali*, e Podolia agro prope pagum Zwanczyk, una cum laminis nonnullis dentis *Mammontei* molaris disiunctis effossum, qui ad marginem utrumque denticulatum 1 poll. 4 lio. longos, ferri triangularis inque crassa basi excavatus, cuiusque interna facies subplana, externa vero, ut solet, convexa est, quod Tab. LXIV. Fig. 7. a. b. monstrat. Similes fere *Squalorum* dentes haud raro in Lithuaniae agro prope urbem Wolkowsky ad pagum Brzostowitzam eruti.


Cuius quoque *Uri prisci*, quem *B. latifrontem* ill. G. Fischer (*in Bullet. de la Soc. des Nat. de Mosc. 1830. No. 1. pag. 81*), at *B. Pallasi* clar. C. E. a Baer (*de foss. Mammal. reliq. in Pruss. rep. Region. 1823. p. 27*) dixit, et quae synonyma equidem non, uti decet, ad hanc, sed ad illam *B. primigenii* speciem perperam, nescio, quo casu fortuito, in § 10 adduxi, occipitalis pars maxima in Musaco exstat Academico, e Polonia advecta, latioris igitur minusque altae, quam illa *Bovis primigenii*, dimensionis.

Elephantis tamen *primigenii* ossa perpaucia e Polonia *) advencta sunt, ut itaque ibidem rariora videantur: adnumeres hisce inferioremaxillam, duobus dentibus molaribus instructam, specie cuiusdam, cum *E. pygmaeo* Fisch. (*in Bullet. de la Soc. des Nat. de Moscou 1829. No. 9. p. 267—78*) quodammodo conferendae, nec non *Dinotherii*, quod videtur, aliquod obscurius fragmentum, exiguum frustum dentis molaris incompletum, ex uno colliculo transverso, in obtusum apicem excurrente totamque latitudinem dentis teneente, exstructum, alteroque colliculo eidem adposito omnino incompleto ac dimidiato, profundoque recessu ab illo dirempto, cuius tamen locus natalis aequa obscurus est.

Vilnae, pridie Calend. Augusti MDCCXXXIV.


*) Neque etiam in Livonia certissima existant *Mammontea* residua, quum equidem ipso eorum nulla nec Dorpati, nec alibi viderim, nec aliquem, id genus dentes observantem, cognoverim, quare omnia, de iisdem in publicum vulgata (v. Karsten's Archiv für Mineralogie etc. II. 1. Berlin 1830. p. 107) in dubium vocarem; at curiosa *Ichthyosaurorum* residua, dentes scilicet exigui, raro pellicares, crassiorese, scutellorunque radiatim striata fragmenta ossaque pedum tubulosa, pellicem fere lata, plana et detrita e lacu Livoniae Burtnack, prope urbem Wolmar sito, haud raro ab undis eiciuntur, et aliis e locis Pekoviensis provincie consimilia id genus residua effodiuntur.






Maxilla inferior *Elephas mammutis*, in Lith. effigie

Fig. I.




Maxilla inferior Elephas proboscideus, in Padola effigie.

Fig. II.



Maxilla pars superior Elephas proboscideus.

Fig. 1.



L

Fig. 2.



L

Fig. 3.



L

Fig. 4.



Vertebra Elephantis proboscideus Poda.

PL. XIII. P.H.

Fig. I.



Fig. F.



Fig. VIII.



PL. XIII. P.H.

Fig. II.



PL. XIII. P.H.

Fig. III.




Fig. IV.






Fig. IX.



T.H. LF.


Fig. V.

Elephantis proboscidea
os metacarpi' digiti quarti. Fig. 1.2. os metacarpi' digiti minimi Fig. 4.5.6. os canesferante pedis anter. Fig. 1.8.9.



Ossa intermaxillaria Mastodontis pedotica. ab anteriori conspecta.

Engraved by G. C. & J. R. Green.



Mastodontis intermedius maxillæ inferiore junctæ pars, ob interno latere conspicuta.

Fig. I.





Fig. II.




Fig. II'.




Fig. I'.



not magnified.

Fig. I.-II. Dens molaris *Dianotherus proavi*, m. v. *Zoolog. spec. III*, p. 560 in *Pudolius officinalis*.

Lith. Inst. d. H. C. Dr. - Verry & Cie. in Paris.

Fig. III.-V. Dens molaris *Dianotherus proavi*, m. v. *Zoolog. III*, p. 555, ibid. officinalis.

Fig. 1.




Fig. 3.




Fig. 2.



Fig. 4.



Fig. 5.



Fig. 6.



Fig. 9.



Fig. 10.



Fig. 11.



Fig. 12.




Fig. 7.



Fig. 1-3. *Femoris pars inferior Rhinoceroto, fossile.* Fig. 4-7. *Dens molaris radicans quadrum.* Fig. 8-9. *Tibia cati.* Fig. 10. *Os indeterminatum.* Fig. 11. *Tibia et crura hancæ.* Fig. 12. *Os indeterminatum.* Fig. 13. & 14. *Ossacula auditus Primæ.*

London: Printed at H. C. Orme's Library in Fleet-street.

Fig. 1.





Fig.
1

Fig. 2.



Cornu fibroide Rhinocerotis tichorhini fibrici.
Fig. 1 dimidiat pars magnitudine delineata. Fig. 2 magnit. natural.

Fig. I.




Fig. II.



*Dens molaris dextri Zahre superior Elephantis ostentosus, m.
Fig. 1. a latere interno Fig. 2. a facie postice dentinosis. 7o magn. nat.*

Lith. der d. Akad. der Wiss. Berlin. - Nov. 1833.



Fig. 1.



Fig. 2.



Fig. 3.



Fig. 4.



Fig. 5.

Fig. 6. a.



Fig. 6. b.

Fig. 7. a.

Fig. 7. b.



Fig. 1, 2, 3, 4, et 5. Dentes *Squalorum* *serratis* e *Pelagos*, in *Lycos* *cylindricos* *revoluti*. Fig. 6 doss. *Squid* in *pyramidalis* *fixo*, e *Pelagos*, in *Hancus* *cyprinoides* *Utruncus* *sericeus* a, a parte interior, b, a parte exterior. Aliquæ postdeinde.
Fig. 7. Dens *Squali* *serratis* e *Podalia* *propria* *concreta* cratua, a, ob exterior, b, a latere delinatur. ist. magna.